



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Enchiridion, Sive Manuale Confessariorum Et Poenitentium**

**Azpilcueta, Martín de**

**Antverpiæ, 1625**

De præcepto honorandi patrem, & matrem. cap. 14.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41661**

g Atg. cap. q.  
maius, de cō.  
sec. di. 1.  
h 2. 2. q. 86.  
i In dicto c.  
omais.  
k 3. par. tit. 2.  
& Ioan. And.  
Panorm. &  
com. in rub.  
de parochis.  
l In c. suam  
de simon.  
m Verb. de  
cima parag. 1.  
n Verb. Do-  
minic. pa-  
rag. 1.

die festo, cum haberet unde posset, & cum ei ex antiqua cōsue-  
tudine offerendum esset, cum notabili scandalo, aut præbendo  
occasionem ne maior pars populi offerat; g quia licet cōmuni  
lege nemo ad offerendum diebus festis obligetur, secundum  
S. Thomam, h & Ioan. Turrecrematam, i & S. Anton. k tenetur  
tamen consuetudine, ybi à decem annis recepta est, secundum  
Panormitanum, l cui satisfacit communiter, quando maior  
pars populi, capituli, aut collegij offert. Neque eam infringit,  
qui eo quod tunc non habeat, non offert; satisque est offerre  
quod libitum cuique fuerit, secundum Syluestrum, m nisi præ-  
scriptum sit, ut offeratur certa & definita quantitas, iuxta sen-  
tentiam præcatorum, & Syluestri. n

### De quarto præcepto honorandi patrem & ma- trem, & amandi proximum.

#### CAPVT XIV.

- 1 Religio est virtus annexa iustitiæ.
- 1 Pietas, quæ est virtus annexa iustitiæ, non est misericordia.
- 1 Misericordia, quæ est virtus coniuncta charitati, non est pietas.
- 2 Observantia virtus coniuncta iustitiæ.
- 2 Religio aliquando vocatur pietas, imo & observantia.
- 2 Religionem spectant tria præcepta, quatuor pietatem & obser-  
uantiam.
- 3 Patres qui dicantur in hoc quarto præcepto.
- 3 Proximi quoniam pacto comprehendantur in quarto præcepto.
- 4 Patres in tribus honorantur, sed minus quam Deus.
- 5 Præceptum diligendi proximum non est ex decem, & ex eo septem  
nascuntur.
- 6 Amor proximi charitativus & naturalis, qui etiam est duplex.
- 7 Præceptum de diligendo proximo ad quid pro semper obligat.
- 8 Amandi proximi præceptum in malo statu ut impletur, n. 9. & 10.
- 10 Consuetudo dicendi, Damon te arripiat, diabolica.
- 10 Amor honestus inter virum & uxorem per quid conservatur.

**P**ro fundamento dicendorū præsupponimus primo, quod in-  
ter virtutes iustitiæ annexas quemadmodum est vna, que  
nuncupatur religio, quæ iuxta Marcum Tull. a & S. Tho. b est  
virtus impellens hominem ad honorandum, colendumque Deum, tan-  
quam primum principium nostrum, à quo sumus, & in quo vivimus:  
ita est alia quæ dicitur pietas, quæ secundum eundem Tul. c  
& S. Th. d est virtus quæ impellit homines ad colendum parentes,  
cognatos, patriam, & amicos, tanquam principia quadam secundaria quibus  
subsistimus, & conservamur. Et quamvis vulgus in cōmuni vñ  
loquēdi pietatem & misericordiam pro eadē re accipiat, tamē  
re vera

a In 3. Rhe-  
tor. ad He-  
rennium.  
b 2. 2. q. 82.  
c Vbi supra.  
d 2. 2. quæst.  
101.

re vera diue-  
ritati, secun-  
secundū eun-  
standā perso-  
tatibus opit-  
men à viris  
addimus, c  
inclinat ad  
principijs n-  
& in eo con-  
ter, etiam in  
maritum, &  
2 Secundo  
etiam iusti-  
Tullium, b &  
veneramur ta-  
nationis: & v-  
& quemad-  
catur, iuxta  
sime nomis  
quæadmodum  
morauimus  
etiā hoc, qu-  
mū inter pr-  
bus spectan-  
seruatiæ. Im-  
ximo debent  
S. Bonauent-

Tertio præ-  
obligare ad  
rem alicuius  
est, ipsi præ-  
& Syluester  
3 Quarto præ-  
parentū iux-  
intelligimus  
amicos eius  
gubernator  
gerūt, quale  
& omnes pr-  
nostri sunt, r  
originē duci  
exteditur ad  
erga proximi  
rio circūstan-  
tur intelligi  
& superiores



re vera diuersa sunt, tū quia misericordia est virtus annexa charitati, secundū S. Th. receptum, e pietas autem annexa iustitię, secundū eundem, f tū quod pietas impellit ad reuerentiā pręstandā personis prędictis, misericordia autem, vt aliorū necessitatibus opitulemur, vt docuit Card. Caietanus: a frequenter tamen à viris doctis altera alterius nomine nuncupatur. Quibus addimus, quod licet prędicta virtus pietatis pręcipuē animum inclinet ad honorem exhibendū supradictis personis, tanquā principijs nostris secundarijs, à quibus nostrum esse accipimus, & in eo conseruamur, tamen secundario & minus principaliter, etiam inuitat parentes ad honorandum proprios filios, & maritum, & vxorem ad mutuo se honorandum.

2 Secundo pręsupponimus, quod est alia tertia virtus, adiuncta etiam iustitię, quę dicitur obseruantia, quę secundum Marcū Tullium, b & S. Th. receptum e est, qua viros in dignitate constitutos veneramur tanquam principia, non quidem existentię nostrę, sed gubernationis: & vt religio antecellit pietatem, ita pietas obseruantia, & quemadmodum religio sæpissime pietatis nomine significatur, iuxta B. Augu. d & S. Tho. e sic etiam obseruantia sæpissime nomine pietatis exprimitur, secundum eundem. f Item quęadmodū tria pręcepta prima primę tabulę, quę supra memorauimus, pertinent ad religionē, quę est annexa iustitię, sic etiā hoc, quod est quartū, secundū ordinem Decalogi, & primū inter pręcepta secundę tabulę, datur pręcipue de operibus spectantibus ad pietatem, secundario vero de operibus obseruatię. Imo iudicio meo, ad omnia opera charitatis, quę proximo debentur, potest facile extendi, iuxta dictum quoddam S. Bonauenturę, g quod statim in medium proferemus.

Tertio pręsupponimus, quod pater potest pręcepto suo filium obligare ad peccatum mortale: imo & re vera obligat, quoties rem alicuius magni momenti, quę sub eius potestate posita est, ipsi pręcipit, vt post Alexan. de Ales h colligunt Angelus, i & Syluester, k pro quibus est textus. l

3 Quarto pręsupponimus, quod in hoc pręcepto sub nomine parentū iuxta Conciliū Colon. quo loco de hoc agit, pręcipue intelligimus eos, qui nos genuerūt, cognatos item, patriam, & amicos eius, quę nos cōseruat, m secundario autē intelligimus gubernatores Ecclesiasticos, n & seculares, o & qui nostri curā gerūt, quales sūt tutores & curatores, p magistri, pedagogi, imo & omnes proximi iuxta B. Bonau. q nam quodāmodo cognati nostri sunt, r quandoquidē omnes ab eodem parente Adamo originē ducimus. Quę licet vera sint, quatenus hoc pręceptū extēditur ad actus virtutis, pietatis & obseruatię, & charitatis erga proximos, non tamen quoad effectum cōfitendi necessario circumstantiam personę offensę: quoad id enim non videtur intelligi omnes proximi, nec cognati, sed solū veri parētes, & superiores, quoad ea in quib⁹ illi habēt potestatiē super nos.

4 Quinto

e 2.2. qu. 39. art. 1. f 2.2. qu. 101. art. 1.

a In dicta qu. 101. art. 1.

b 3 Rhetor. c 2.2. qu. 101. art. 1.

d Lib. 10. de ciuitate Dei cap. 1. e 2.2. qu. 102. art. 3. f In dicta qu. 101. art. 1.

g In 3. d. 37. in expositione literę.

h 3. par. super 4. pręcepto. i Verb. filius par. 30.

k Eod. versic. qu. 22. l Deut. c. 21. & ad Ephes. c. 6.

m E ccl. 3. n 1. ad Cor. 4. o 4. Reg. 5.

p ff. de tutor. & curat. per totum titulum q In 3. d. 37. in expositione lit. 2.

r gl. vi vim. ff. de iust. & iur. r iuxta gl. d. 1. vs vim.

rem. &c.  
antiqua cōfue-  
ut prębendo  
licet cōmuni  
r, secundum  
ton. & tenetur  
est, secundum  
ando maior  
am infringit,  
ne est offerre  
m, nisi prę-  
as, iuxta sen-  
  
m & ma-  
  
dia.  
est pietas.  
  
m & obf-  
  
recepto.  
e eo septem  
st duplex.  
bligat.  
r, n. 9. & 10.  
uatur.  
mo, quod in-  
est vna, que  
. Tho. b est  
Deum, tan-  
quo viuimus:  
dem Tul. e  
um parentes,  
cundaria qui-  
cōmuni vsu  
cipiat, tamē  
re vera



4 Quinto præsupponimus, quod honor, de quo præceptum hæc loquitur, in tribus consistit, videlicet in amando, obediendo, & honorando, tam corde, quam verbo & opere. Neque est contrarium illud Euangelij: *a Qui non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, &c. non potest meus esse discipulus: nihil enim aliud sibi vult, quam quod idem Dominus dixit: b Qui amat Patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus: id est, quod Deus vult ut diligamus quidem, amemus, audiamus, & honoremus parentes, non tamen plus, neque tantum, sicut eum; & quod quando ille præceperit aliquid, quod parentum imperio repugnet, tunc ipse præferatur.*

5 Sexto, quod præceptum illud de diligendo proximo sicut seipsum, e non numeratur inter præcepta Decalogi, sicut nec etiã præceptũ de diligendo Deo super omnia, inter illa numerari diximus. *d Quæadmodum enim præceptũ dilectionis Dei super omnia, est origo vnde immediate deriuatur tria prima præcepta Decalogi; sic etiã hoc de diligendo proximo est principium, vnde quartum præceptum, & sex alia quæ sequuntur, originẽ ducunt: quæ quidẽ præcepta secundæ tabulæ nuncupantur, sicut tria prima præcepta dicuntur primæ tabulæ, e de quibus pulchre S. Th. f Diximus immediate, quoniam mediate vel immediate omnia præcepta ab illo primo de diligendo Deo super omnia, tanquã a primo principio deducuntur: ab ipso enim statim pullulat præceptum de diligendo proximo sicut seipsum, iuxta declarationem S. Thom. g ab omnibus receptã.*

6 Septimo præsupponimus, quod duæ sunt species honesti amoris proximi, quod facile colligas ex utroque Thoma. *h Alter naturalis & humanus: Alter supernaturalis & diuinus, qui charitas, vel charitativus appellatur. Amor naturalis, siue humanus ille est, quo proximũ diligimus ea ratione, quod est homo, cognatus, vicinus, vel quocunq; alio respectu: qui neque Deũ ipsum supra omnia dilectum, neque eternã felicitatẽ, neque capacitatẽ ad illam in se continet. Amor autẽ humanus in duos alios amores subdividitur, iuxta eundẽ S. Tho. i non obstante illa subtilitate, quam ibi Caietanus tetigit. Alterũ vocat amorem cõcupiscentiæ, quo proximũ ipsũ principaliter ad aliquod bonum nostrum voluptuariũ, commodum, vel vile amamus. Alterum vocant amicitia, quo principaliter proximũ ad bonũ eius voluptuariũ, cõmodũ, vel vile amamus. Et uterq; eorum potest esse bonus, & honestus, nisi fuerit male ordinatus. Alter autẽ est amor supernaturalis & diuinus, seu charitativus, vel charitas infusa, qua proximũ amamus, & est eiusdem generis & nature, cuius est amor Dei charitativus, seu charitas, secundũ S. Th. a Nã licet obiectum materiale amoris charitativi proximi sit idẽ proximus, obiectum tamen formale, siue ratio, vel causa amoris, est ipsa diuina & infinita bonitas, quæ nihil aliud est quã ipse Deus super omnia benedictus, vt ait idẽ S. Th. explicatus*

a Luc. 14.

b Mat. 10.

c Matth. 23.

d Sup. eo. c2.  
21. num. 5. &  
e. post S. Tho.e Exod. 20.  
f 1. 2. q. 122.  
ar. 4. ad 6. &  
glossa fin. ca.  
quid in om-  
nib. 22. q. 7.g 2. 2. q. 44.  
art. 2.  
h 2. 2. qu. 21.  
ar. 1. & 2. 2.  
qu. 26. art. 1.  
ad 6.i 1. 2. qu. 26.  
art. 4.a 2. 2. qu. 23.  
art. 5.

eatus ibi à  
quo proximi  
neque etiã  
bonum illi  
vel propter  
ralem, est c  
iuxta ment  
cebamus;  
7 Solus ei  
quo ipsum  
participan  
tina bonit  
visione, &  
quam illius  
diligimus,  
ne diligam  
fecit capac  
riter & am  
rum est tan  
virtutis po  
tu charitat  
nestus, fit a  
enim solue  
tis iustitiæ,  
Deo placen  
est actus vi  
ritatis imp  
facile infer  
sit inter Ch  
eo quod si  
riles, rari ta  
sunt capac  
obstiat, ea  
li gaudio I  
minum no  
gistra est, a  
in mentem  
proximos,  
& squalid  
putent fac  
temnant, v  
considerar  
in illis ver  
lus e in illis  
est vinculum  
& Oflavo  
bium, à ne



eatibus ibi à Caietano. *b* Etenim neque amor ille concupiscentiæ, <sup>b s. a. q. 27. art. 1.</sup> quo proximum ad nostram voluptatē, aut utilitatem amamus, neque etiam amor amicitiae naturalis, quo ipsum diligimus ad bonum illius, eo quod sit cognatus, socius, vicinus, vel amicus, vel propter quamcumque aliam communicationem temporalem, est charitas, seu charitativus, saltem in quantum talis est, iuxta mentem eorundem, quod in dicta additione et latius dicebamus; quod parum à multis aduertitur.

7 Solus enim ille amor proximi est charitas seu charitativus, quo ipsum diligimus, eo quod est capax & aptus, sicut nos, ad participandam nobiscum illam eternam beatitudinem, quā divina bonitas nobis dare & cōmunicare dignatur gratissima sui visione, & gaudio eterno, & inexplicabili, & optare illā ei tanquam illius capaci. Sic etiam ad hoc, ut amor, quo nosmetipsos diligimus, sit charitativus seu charitas, oportet ut ea nos ratione diligamus, quod Deus propter suam infinitam bonitatē nos fecit capaces aeternae felicitatis, quae in intuēdo eo semper, pariter & amando, & fruēdo cōsistit, ut supra *d* late diximus. <sup>c Ca, quando de conse. di. 1. amor charitativus quis sit.</sup> Verum est tamen, quod quemadmodum omnis actus cuiuscunq; virtutis potest fieri actus charitatis imperatus, quādo fit intuitu charitatis, sic etiam amor concupiscentiae, vel amicitiae honestus, fit actus charitatis imperatus, si ob eam habeatur. Sicut enim solvere debitum, eo solo, quod iustum est, est actus virtutis iustitiae, & actus charitatis imperatus, si fiat etiam ob finem Deo placendi: sic actus amandi patrem eo solo, quod pater est, est actus virtutis pietatis, & non charitatis, fit tamen actus charitatis imperatus, si habetur etiā ob finem Deo placendi. Vnde facile infertur, quā rarus & parvus huius amoris charitatis usus sit inter Christianos vulgares: cum licet omnes aliquos amēt, eo quod sint cognati, vicini, conterranei, placidi, iucundi, aut utiles, rari tamen sunt, qui (nisi raro) amēt alios ea ratione, quod sunt capaces beatitudinis aeternae, & quod, nisi culpa mortalis obsistat, ea simul fruuntur, videndo & diligendo cum ineffabili gaudio Deum infinite bonum, & quem misit filium suū Dominum nostrum Iesum Christum, ut experientia, quae rerū magistra est, <sup>a Cap. quoniam sit de elec. lib. 6.</sup> a plusquam oportet, attestatur: cum raro hoc veniat in mentem altioris ordinis hominibus erga minoris ordinis proximos, adeo quidē, quod vix reputent infimates sordidos & squalidos tantae rei fore secum participes, & satis superque putent facere, si eos aliquo amore dignentur, si eos non contemnant, vel saltem si amore aliquo naturali dignentur, parum considerantes, quod de hoc supremo amore praecipit Christus in illis verbis: *b* Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicē: & Paulus <sup>b 1 Cor. 13.</sup> c in illis verbis: *c* Super omnia tamen mutuam charitatem habete, quae <sup>c Ad Colos.</sup> est vinculum perfectionis.

*d* Octavo praesupponimus, quod circa hanc materiam est dubium, à nemine (quod sciam) pro dignitate resolutum, quo videlicet



videlicet tempore teneamur ad præceptum de diligendo proximum, sicut nos, sub pœna noui peccati mortalis, non adimplendo tunc illud? Ad quod breuiter (salua debita censura) respondeo primo, quod nos obligat semper, & pro semper: ne vquam ab amore & dilectione, qua Deum & proximum in genere ex charitate diligimus, vllam etiam inimicum nostrum, vel Dei excludamus, nisi iam in æternis fuerit supplicijs in inferno condemnatus; iuxta mentem vtriusque Thomæ, d iuxta quam quod de damnatis dixi, intelligo.

d 2.2. q. 25. a. 6  
2. & 9. & q. 83  
art. 8.

9 Respondeo secundo, quod nos obligat, vt quotiescunque inimicus, qui nos offendit, veniam à nobis postulat, ipsum diligamus, & specialia amoris signa illi ostendamus, iuxta mentem eorundem. e Sed crediderim satis esse ipsum diligere amore aliquo naturali, & huius amoris aliqua signa exhibere, etiamsi amorem illum excellentem & sublimem charitatis, seu charitatum minime corde concipiamus; ad hoc ne in nouam aliquam culpam mortalem propterea incidamus: tum quia contrarium nullo iure, nec vlla efficaci ratione concluditur: tum quia licet hoc primo aspectu contrarium videatur ei, quod ipsi dicunt, f introspecti tamen forte hoc sentiunt.

e In dicta q.  
83. art. 8.

Respondeo tertio, quod nos obligat etiam hoc præceptum, quando proximus est constitutus in extrema necessitate nostri auxilij ad salutem animæ suæ, qualis esset infans aliquis, aut mente captus, aut etiam cordatus, qui sine baptismi Sacramento iam iam esset moriturus: qualis esset etiam, qui deposceret aliquod consilium, vel solamen, vel auxilium aliquod spirituale à nobis, sine quo verisimile esset eum condemnatum iri. Dixi, quando ad salutem animæ nostro indiget auxilio; quoniã putamus non peccaturum eum, qui hunc amorem charitatum non conciperet erga eum, qui eam pateretur extremam necessitatem vitæ corporeæ, si modo alio amore naturali inferiore diuino, quo cognatū, amicum, socium, vel vicinū diligere solet, ipsum prosequendo, ei optularetur. a Nec quidquam obstat, dicere eadem esse rationem illius, qui absq; amore charitatis solo amore naturali impulsus, subuenit proximo in periculo spirituali constituto, quoniam rarissime poterit euenire, vt huiusmodi necessitati spirituali occurrì possit absque desiderio spiritualis salutis, quod formaliter, aut virtualiter amorem charitatis includit.

f In dicta q.  
83. art. 8.

Quarto, quod vt supra b diximus, videtur nobis non peccare noue illum, qui bona fide credens se esse in statu gratiæ, cum tamen non sit, adimplet præceptum de diligendo Deū ex charitate, quando ad id est obligatus; ita à fortiori satisfacere videtur præcepto de diligendo proximo ex charitate, qui extra statum gratiæ illud implet, putans verisimiliter in eo esse.

a Arg. notator. in c. pasc. ce. c. 5. d. 8. in l. nec à re. ff. de lib. agnos. ce. & eorum, q. Caset. a. 2. q. 5. ar. 1. tradidit.  
b Ca. 11. n. 7.

Quinto, quod posset etiam defendi, nūquam obligari ad implendū hoc præceptum, de dilectione proximi in statu gratiæ, ex speciali amore charitatis, nisi cū necessitas administrandi Sacramentum

eramentum  
alia similis  
quam quor  
to Sexto, q  
tudo maled  
mendo te d  
confolans  
Deus. te pe  
niamus, & al  
ris. Etenim  
refrenat, co  
ret in libidi  
Septimo, q  
quodam e à  
intulimus; &  
videt proxi  
num, à quo  
illi subueni  
noui peccat  
prudens iud

De pe

- 11 Filius piend
- 12 Filius c
- 12 Filius p
- cont
- 13 Filius
- curri
- 14 Filius c
- 15 Filius c
- 16 Filius c

11 EX pr  
de ho  
vel aliquod  
ue & iniust  
cuiquam, e  
catum mor  
uus erit, g  
tendam. b  
Secundo fi  
diligit) num  
quin potius



eramentum ei, qui extrema necessitate spiritali laborat, vel alia similis causa ad id compellit & obligat, quæ omnia tanquam quotidiana commendamus.

10. *Sexto*, quod ex his inferitur, quam diabolica sit illa consuetudo maledicendi proximo, dicendo: *Diabolus te arripiat. Commendo te demoni*; & e contrario quam Angelica, quam utilis & consolans illa, corde & voce dicendi: *Dominus te sanctum faciat. Deus te perducatur ad paradysum*, &c. *Vtinam illic nos aliquando conueniamus*, & alia similes, præsertim viri foeminis, & foeminæ viris. Etenim tale desiderium vere in animo conceptum valde refranat, cohibetque, ne amor humanus & honestus degeneret in libidinem, quod frequens ait esse Hieronymus.

11. *Septimo*, quod obseruanda est regula quam in commentario quodam e a nemine alio traditam, ex eis quæ ibi præmissimus, intulimus, & postea transtulimus, nempe, quod quoties quis videt proximum in periculo patiendi aliquod notabile damnum, a quo non potest, vel creditur non posse liberari, nisi ipse illi subueniat, toties obligatur ad eum liberandum sub poena noui peccati, modo id prestare possit absque damno, quod vir prudens iudicaret sufficere ad excusandum.

cCa. non In  
inferenda 23  
qu. 3. nu. 25.  
2. Intra cap.  
24. num. 17.

### De peccatis filiorum contra parentes circa hoc præceptum.

- 11 *Filius ut peccat mortaliter odiendo parentes, aut eis malum concipiendo, aut eis amoris signa non monstrando.*
- 12 *Filius qui non obediat patri quoad regimen, & bonos mores.*
- 12 *Filius parentes feriens, ad iram prouocans, eos accusans, execrans, contemnens, mortem exoptans, vel non liberans e carcere.*
- 13 *Filius qui parentibus in magna necessitate constitutus non succurrit.*
- 14 *Filius qui ob parentum subuentionem non egreditur religionem.*
- 15 *Filius qui non ducit uxorem quam pater vult.*
- 16 *Filius qui parentum male paria non restituit, neque legata implet.*

11. **E**X prædictis inferitur, quod peccat contra hoc præceptum de honorando parentes, primo, filius qui grauer odit, vel aliquod graue damnum desiderat parentibus: si enim graue & iniustum odium, & desiderium deliberatum inferendi cuiquam, etiam extraneo, aliquod damnum notabile, est peccatum mortale, multo magis odium in parentes naturales grauius erit, geretque secum circumstantiam necessario confitentiam. <sup>b</sup>

Secundo filius, qui, esto quod non odit parentes (imo potius diligit) nunquam tamen, vel raro signa amoris illis ostendit, quin potius semper illos toruo intuetur aspectu, & ita asperè alloquitur,

b Per supra  
dicta c. 6. a. 2.  
& seq.



212 *Filij in parentes qua ratione peccent.*

c Verb filius  
parag. 30.  
d Verb. filius  
q. 22.  
e Verb. filij  
parag. 16.  
f Num. 4. su-  
pra cod.

g Angelus,  
Syluett. &  
Ioan. Tabien.  
vbi supra.

a Angelus, &  
Syluett. vbi  
supra.

b Secundum  
auctores su-  
pra allegatos.  
c Secundum  
Richard. in 3.  
di. 37.

d Alex. in 3.  
art. de 4.  
præcepto, &  
Richard. vbi  
supra.

e Exod. 21. &  
Alexan. vbi  
supra.

f Vbi supra.  
g In c. 1. n. 7.  
de off. deleg.  
h Argu. 1. mi-  
nime ff. de  
reli. & fump.  
funer.

i In repet. c.  
inter verba,  
11. quæ 2. 3.  
concl. 6.  
k Alex. vbi  
supra.

l Argum. 1.  
qui quis, C.  
ad leg. Iulii  
maief. & c. 2.  
& e statutu &  
c. cum secun-  
dum, de hæ-  
ret. lib. 6.  
m Arg. cap. 2.  
de coc. præb.  
& 1. fin. C. de  
pañt.  
n Authen. vt  
cum de ap-  
pell. cog. pa-  
rag. causas.  
o Arg. 1. 1. c.  
de test. & 1. 2.  
c. si quis aliq-  
reit. prohibi-  
tois.

alloquitur, ac si eos odio haberet, secundum Angelum e & Syl-  
uestrum, d & Tabienam, e quoniam tenemur eos diligere, re-  
uereri, ipsisque obedire tam corde, quam verbis & operibus,  
vt expositum est. f

12 *Tertio* peccat filius, qui in rebus pertinentibus ad regimen  
& gubernationem domus, & rei familiaris, non vult parere pa-  
rentibus g nisi quando ex incogitantia, siue inaduentia, abs-  
que contemptu & obstinatione omittit obedire; tunc enim  
venialiter tantum delinquit. Si vero in alijs, quæ non perti-  
nent ad ipsorum parentum gubernationem & curam, obedire  
noluerit, non peccat mortaliter. a

*Quarto*, filius qui non obedit in his, quæ pertinent ad bonos  
mores, & ad salutem animæ: vt pote fugere noxia sodalium cõ-  
tubernia, ludos prohibitos, meretrices, aliaque huiusmodi vi-  
tia, quibus tempus infeliciter absuntur. b

*Quinto* peccat, qui filius parentes, etiam leuiter percutit, e vel  
contumeliosis verbis ipsos cum animi deliberatione incessit,  
vt merito illos ad iracundiam notabilem prouocet. d

*Sexto*, filius qui ex animo ipsis maledicit, siue viuis, siue iam  
sæculo defunctis; si tamen ore tenus tantum maledixit, non  
amplius quam venialiter offendit. e

*Septimo*, filius qui alicuius criminis eos accusat, secundum Ri-  
chardum, f nisi esset proditionis crimen in Regem, vel in Rempu-  
blicam: nam in hoc casu quauis nõ obligetur, vt Decius g asseruit,  
nihilominus liceret, h imo sepissime obligatur, vt nos i dixim.

*Octauo*, filius qui ita parètes cõtemnit, vt sibi dedecori & cõ-  
tumeliæ futurum esse existimaret, se pro filio illorum haberi. k Di-  
ximus, *Contemnit*, nam si absque contemptu id facit, ad vitandum  
aliquod incommodum sinistra opinionis, vel ob aliam huiusmodi  
causam, non peccaret mortaliter, maxime si parentes tacite vel  
expresse in eo consentirent, ad fugiendum suum incommodum,  
quod ex incommodo filij eis proueniret. Contra tamen hæc op-  
ponit quidam, quod licite quis potest se inhonoratum iudicare,  
eo quod patre Iudeo, vel hæretico, vel perduellione sit natus. l  
Cui respondetur, non dicere nos hic peccare illum, qui se abiectum,  
vel infamem putat, eo quod sit talibus parètibus natus; sed lõ-  
ge aliud; scilicet peccare illum, qui adeo despicit parètes suos,  
vt se putet, & c. Ita quod ratio peccati non est sita in eo quod  
se vilem putet, sed in eo quod despicit indebite parentes in-  
culpato, quos, etiam si sint pauperes & abiecti, & ipse diues &  
sublimis, tenetur honorare per hoc quartum præceptum.

*Nono* peccat mortaliter filius, qui parentibus mortem deside-  
rat, quo citius ipsorum bona ad se proueniant, vel nõ dat ope-  
ram, quo ipsos à captiuitate liberet, vel ab infano furore, quo  
sunt mente capti & iudicij expertes; m hac enim de causa po-  
test exheredari; n vel si forsan prohibuit ne testarentur, vel à  
restituendis alienis bonis ipsorum animos auertit. o

13 *Decimo*

13 *Decimo* peccat  
pressis non subu-  
bus morbis dete-  
trè ex proprijs b  
restitit enim nõ  
nus illud, aut ar-  
14 *Undecimo*, au-  
tutis, eiusq; auxi-  
ab ea non egre-  
egrediendo ipse  
do parentes ita  
ma, est tamen ra-  
inopiam subleu-  
ingreditur religio-  
sus, non teneat  
perseuerando ei  
resolutionem de-  
Th. Nicolai Ly-  
reduci. Illud aut  
si parentes sunt  
greditur religio-  
do tali necessita-  
set; quoniam h  
ingressum; id q  
tellexisse, quæ q  
15 *Duodecimo* p  
cere in uxorem  
micitia periculo-  
se minime digni-  
cet enim iuxta i  
redare, eo quod  
indignum se, im-  
opinionem, qua  
n & S. Tho. o ni-  
riam irrogat, &  
tem contraueni-  
quæ coram Deco  
randum est, quo  
colligi nouus &  
bet, filium tene-  
ciscitur pater,  
sed etiam de ne-  
non quoad effe-  
16 *Decimoterti-*  
liqua bona obu-  
se, & ca, vt par  
*Decimoquarto*



13 Decimo peccat filius, qui parentibus magna necessitate oppressis non subuenit, maxime circa victu & vestitu, vel grauius morbis detentis, cu id comode facere potest, a nisi sciat patre ex proprijs bonis, vel officio quo fugitur, sibi posse consuleret: sic enim non tenetur ex bonis suis quidquam coterre, nisi minus illud, aut ars, qua pater callebat, suo statui esset dedecori. b

14 Undecimo, qui filius parentibus in extrema necessitate constitutis, eiusque auxilio & ope indigentibus, ingreditur religionem, vel ab ea non egreditur, etiamsi sit professus, quando verisimile est egrediendo ipsis posse subuenire, aliter vero minime, c vel quando parentes ita grauis premit necessitas, qua licet non sit extrema, est tamen talis, qua filium obligat ex precepto ad eorum inopiam subleuandam, alias vero minime, & eo non obstante ingreditur religionem, d quamuis in hoc casu, si iam est professus, non teneatur exire, debet tamen pro viribus in statu suo perseuerando eis subuenire, secundum Caietanum. e Per quam resolutionem duae opiniones contraria sentientes, videlicet S. Th. f Nicolai Lyrani, g & Io. Maioris, b possunt ad concordiam reduci. Illud autem addimus, quod ille non tetigit, nepe, quod si parentes sunt in tali necessitate constituti, quando filius ingreditur religionem, tunc tenetur egredi, quando non egrediendo tali necessitati subuenire non posset, egrediendo vero posset; quoniam huiusmodi debitum praecessit ipsum religionis ingressum; id quod optime Ioan. Maior vbi supra videtur intellexisse, qua quidem omnia post haec scripsimus. i

15 Duodecimo peccat filius, qui ducturus uxorem, non vult ducere in uxorem quam pater praecipit, vt illo matrimonio inimicitia periculosae sopiantur, vel contra praecipitum paternum se minime dignam uxorem ducit, k secundum S. Bonauent. licet enim iuxta insignes glossas, l pater non possit filiam exhaereditare, eo quod contra ipsius voluntatem maritum eligit non indignum se, imo neque etiamsi indignum, iuxta communem opinionem, quam sequuntur Felin. & Decius, m & Ioan. Lupus n & S. Tho. o nihilominus tamen filia male facit, & patri iniuriam irrogat, & ex consequenti, peccat mortaliter, quando saltem contrauenit voluntati patri sine rationabili causa, vel tali, qua coram Deo insta ei videatur, & iuxta hunc modum limitandum est, quod in huius casu initio dicitur. Ex quo potest colligi nouus & singularis intellectus, cap. 1. p quatenus habet, filium teneri ducere uxorem illam, de qua assumenda praescribitur pater, videlicet quod non solum debet de honestate, sed etiam de necessitate quoad effectum non peccandi, licet non quoad effectum vt ad id cogi possit.

16 Decimotertio peccat, qui filius, cui ex haereditate paterna aliqua bona obueniunt, qua se it iniuste, vt per vsuras, parta fuisse, & ca, vt par est, non restituit. a

Decimoquarto peccat, qui filius ex negligentia, vel auaritia, diu

a Arg. c. inter cetera 12 q. 4. c. non satis 86. di. & Ang. verb. filius, parag. 10. b Arg. l. si quis a liberie Parag. idem rescap. f. de lib. agnos. ad iuncta gl. c Arg. c. pasce 86. dist.

d S. Th. 2. 2. q. 101. art. 4.

e In di. ar. 4.

f In di. ar. 4. g Matth. 15. h In 4. li. sen. di. 38. qu. 16.

i In Comm. 5 de reg. super ca. nullum 18 qu. 2. nu. 48.

k Arg. c. aliter 30. q. 5. & c. honorantur 32. q. 1. & c. 1. de despos. impub.

l C. de raptoribus 36. q. 8. & Authen.

m In cap. ec. clest. de consti.

n In repet. c. per veteras, de donat. inter virum

parag. 9. o 2. 2. q. 104. ar. 5. & q. 189. art. 6.

p De despos. impub.

q C. Michael. de vsuris cu gloss. 8. notat. ibi per orationes.





diu differt debita patris defuncti perfoluere, vel legata testamenti adimplere, maxime illa quæ ad pia opera pertinent, iuxta beatum Antonium. *b* Diximus, diu differt, quoniam exigui temporis procrastinatio circa hæc nos videtur crimen lethale, et imo nec veniale, si ea de causa potissimum rem produxit, ut bona defuncti melius venderentur, ad copiosiores eleemosynas erogandas, quamvis huiusmodi intentio non sufficeret ad rem diutius differendam. *d*

*b* 2 par. tit. 2.  
ca. 7. par. 3.  
& cap. 8.  
c. Arg. l. si de  
bitori, ff. de  
indic.  
d. Secundum  
S. Th. quolib.  
6. art. 14.

### De peccatis parentum erga filios contra hoc præceptum.

- 17 *Pater & mater peccant non succurrendo filijs.*  
17 *Mater, quæ filios non lactat proprijs ubribus, ut peccat.*  
17 *Patres qui exponunt filios ad ianuas aliorum, vel Xenodochiorum.*  
17 *Patres qui irritant vota filiorum, in quæ iam consenserant.*  
17 *Patres, qui dolo aut timore filios inducunt, aut extrahunt à religione.*  
17 *Patres qui cogunt filios ad matrimonium contra eorum vota.*  
18 *Patres qui sinunt filias suas amare, vel amari ob malum finem, vel iam desponsatas habere tactus impudicos.*

*e* Cap. duo  
18a, & cap. no  
putes 23. q. 4.  
& 5. ad Tim.  
5. text. sing. in  
c. si quis reli  
querit 30. di  
f. In cap. ad  
eius 5. dist. &  
argu. cap. fin.  
de conuersi in  
fid. & l. nec n  
lium C. de  
patr. potest.  
a Arg. l. ne ca  
re, & l. si quis  
à liberis, ff.  
de lib. agnos.  
b Verb. filij,  
par. 2.  
c l. nec care, ff.  
de lib. agnos.  
& ca. 1. & 2. de  
infant. expo  
sit. cum glo.  
ibi ad not.  
d Cap. cum  
haberet, de  
eo, qui duxit  
in matrimo.  
secundum Pa  
nor. ibid. &  
V Valden. de  
success. ab in  
testa. & De  
cius, in cap.  
clerici, de  
iud.  
e In c. 12. nu.  
61. & 63.

17 **D**ecimoquinto contra hoc præceptum peccant pater & mater, qui notabiliter negligunt exhibere illa, quæ ad filij necessitatem spiritualem, aut corporalem pertinent, si nulla est eis excusatio paupertatis, vel alterius rationabilis causæ. *e*

*Decimosexto* peccat mater, quæ filium proprio lacte non nutrit, vel negligit notabiliter deligere nutricem bonam, vel gerere curam circa bonam pueri educationem, vel usque ad triennium ei non ministravit necessaria, per ea quæ diximus alibi, si quamvis nolle filium proprijs ubribus lactare sine causa iusta, non sit amplius quam veniale, & cum causa neque veniale.

Diximus, usque ad triennium, quoniam deinceps pater ipse tenetur omnia necessaria filio exhibere, nisi sit pauper, & filio nulla sint bona, neque ars, aut officium decens, quo possit se ipsum alere, neque sit alias adeo ingratus & criminofus, ut secundum iura exheredari mereatur, a quod recte notauit Syluest. *b*

*Decimosextimo* peccat mortaliter pater, qui ob auaritiam exponit filios ad hospitalia pauperum, vel ad ianuas ciuitatis, aut ad alia loca publica, vel priuata, e vel non vult filias, etiam spiritalis, dotare, cum possit. *d*

*Decimosextauo* peccant parentes, qui absque causa votum aliquod, siue peregrinationis, siue abstinentiæ, quod filij cum eorum bona venia fecerant, reuocant, iuxta prædicta. *e*

*Decimonono* parentes, qui filium ab aliqua religione, quæ fuerat ingressus, cum iam esset in ætate ad ingrediendum sufficere, *vi*,

te, vi, vel dolo re  
continentiæ, aut  
berandi peruene  
gendum. *g*

*Vigesimo*, qui p  
dij filiam cogit  
ætatis nostræ ab  
maledicantur pe  
nuper sanctum C  
sancta Synodus sub  
tu, vel conditionis  
lres, atque etiam  
rint aliquam virgi  
inuitam, præter qua  
nsterium, vel ad s  
emittendam profess  
derint, quique scien  
tum suscipere, aut  
presentiam, vel con  
que anathemati sub  
voluntatem veli ac  
causa imp. dierint.

18 *Vigesimo* prin  
matres ob male  
parant, qualia fun  
risimile est ipsas

*Vigesimo* secundo  
liam turpem vita  
cendum aliquem  
hendunt, neque  
omet cultius, qu  
tem mortali, non  
quenter parente  
prehendendo ear  
non grauius pecc

*Vigesimo* tertio p  
sua sponsa vtatur  
sentit S. Th. b id  
dem. Quamuis o  
sis, etiam ob solat  
principium nupt  
multo magis qu  
moris & beneuo  
& parentes licite  
niter sponsi, cum  
tactibus impudic  
secreti conuerse



te, vi, vel dolo reuocant, s' vel si filio, vel filie, qui vel que votum continentis, aut religionis emiserat, postquam ad ætatem delibendi peruenerat, consulunt, vel cogunt ad coniugium eligendum. g

*Vigesimo*, qui parentes dolis, aut minis, alijsq; huiusmodi medijs filiam cogunt religionem intrare, h quod est quidam magnus ætatis nostre abusus, & causa ruine religionibus, & vt in illis maledicantur perpetuo qui eas in id compulerunt. Ob quod nuper sanctum Conc. Trid. i in hæc verba statuit: *Anathemati* sancta Synodus subicit omnes, & singulas personas cuiuscumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos, quam laicos, seculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem inuitam, præterquam in casibus in iure expressis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscumque religionis, vel ad emittendam professionem; quique consilium, auxilium vel fauorem dederint, quique scientes eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quoquo modo eidem actui vel presentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. Simili quoque anathemati subicit eos, qui sanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo sine iusta causa impediuerint.

18 *Vigesimoprimo*, qui parentes patiuntur filias suas habere amatores ob malum finem, vel eas à suspectis sodalitijs non separant, qualia sunt aliquarum sceminarum consortia, quas verisimile est ipsas ad peccandum impulsuras.

*Vigesimosecundo* peccant mortaliter parentes, qui noscunt filiam turpem vitam agere, vel vti fucis, & irritamentis ad inducendum aliquem in peccatum mortale, & ipsam neque reprehendunt, neque corrigunt. k Veruntamen illa eo solo quod se ornet cultius, quam statui suo conueniat absque fine malo, saltem mortali, non peccat amplius quam venialiter, nec consequenter parentes amplius quam venialiter peccarent, non reprehendendo eam. Siquidem qui consentit in crimen alterius, non grauius peccat communiter quam auctor illius. a

*Vigesimotertio* peccant parentes, qui consentiunt, vt cum filia sua sponsa vtatur sponsus tactibus impudicis, & enormibus, vt sentit S. Th. b id quod eiusdem Commentator amplificat ibidem. Quamuis oscula & amplexus videntur licita talibus sponsis, etiam ob solam delectationem inde percipiendam, tãquam principium nuptiarum promissarum, que alijs essent illicita: & multo magis quando absque fine delectationis, sed honesti amotis & beneuolentiæ, & necessitudinis intuitu id faciunt: ita & parentes licite eis possunt ea permittere: sed quia communiter sponsi, cum soli absque arbitris conuersantur, huiusmodi tactibus impudicis vti solent, non deberet eis permitti, vt soli secreto conuersentur.

f Cap. pncella  
20. qu. 2.

g Arg. c. 1. &  
ci 2. notat. de  
offi. dele.

h Arg. c. 1. de  
his quæ vi. &  
c. requisit.  
de spons.  
i Sess. 25. c. de  
regu.

k Arg. c. duo  
ista nominat  
23. q. 4.

a Cap. 1. de  
offi. de leg.

b 2. 2. q. 154.  
art. 4.



## De peccatis coniugum contra hoc præceptum.

- 19 Coniux vt peccat vetando coniugi Missam & ieiunium.  
 19 Coniux percutiens, vel verbis infamans coniugem.  
 20 Vxor notabiliter tollens obedientiam marito, &c.  
 20 Vxor nolens migrare cum marito.  
 20 Coniux prouocans coniugem ad magnam iram, vel ad blasphemandum.  
 20 Coniux notabiliter contemnens coniugem.

19 **V**igesimoquarto peccat contra hoc quartum præceptum coniux, qui, vel quæ absque causa prohibet coniugi, ne diebus festis audiat Missam, aut cogit violare aliquod præceptū diuinū, aut Ecclesiasticū, obligans sub pœna peccati mortalis, puta ne ieiunet ieiunia præcepta, iuxta mētē B. Antonin.

*Vigesimoquinto* peccat, qui vel quæ coniux immoderate percudit, aut verberat coniugem; siquidem neque seruum ita cedere debet. *d*

*Vigesimosexto*, qui causa conuitiandi, vel infamandi notabiliter, deliberate aliquod verbum, licet ex suapte natura minime iniurium, in coniugem profert, vel è contrario sine animo diffamandi, iniuriamue irrogandi, aliquid dicit, quod suapte natura est aptum ad infamandum, & inde infamia subsequitur, vel saltem adest periculum eius infamiæ probabile, iuxta sententiam S. Thom. *e* quod nos etiam *f* comprobauimus.

20 *Vigesimosextimo* peccat mortaliter vxor, quæ marito est notabiliter inobediens in his quæ ad regimen domus, & familie, bonosque mores pertinent. *a* Peccat etiam vxor, quæ non vult sequi maritum aliò migrantem; etenim sub reatu culpæ mortalis eum tenetur comitari, nisi pactum præcesserit inter eos, ne maritus aliò migraret; tunc enim minime teneretur, nisi viro aliqua iusta necessitas illinc discedēdi superueniret, vt morbus, vel capitalis inimicitia. Neque etiam teneretur sequi maritum vagabundum, si eo tempore, quo matrimonium contraxerunt, ille non solebat vagari, vel vxor eiusmodi matrimonium non intellexerat: *e* etenim si id prænouisset à principio, teneretur eum sequi, quamdiu ex honesta causa ille vagaretur; non tamen si ob turpem causam id faceret, vel circumduceret, exponendo peccati, vel mortis periculo, quia tunc nullatenus ipsum sequi teneretur: qui enim ita vagatur, absque dubio peccat, & proinde non est illi consentiendum. *d*

*Vigesimooctauo*, qui, vel quæ coniux per iram, & rixam ad blasphemiam prouocat coniugem, & sciens, aut scire debens, illum, vel illam ad blasphemiam, vel ad aliam mortalem culpam prouocatum iri, non se reprimit. *e*

*Vigesimonono* peccat mortaliter vxor, quæ contemnit marito debitam subiectionem præstare, vel illi aliquid notabile imperat,

*e* 2. par. tit. 9  
 §. 10. par. 2

*d* 1. 2. ff. de his  
 qui sunt sui,  
 vel alieni  
 iur. par. 6. fin.  
 inf. q. d. tit.

*e* 2. 2. qu. 73.  
 art. 2.  
 f In c. inter  
 verba 11. q. 3.  
 concl. 3.  
 a Ca. est ordo  
 & capit. h. zc  
 Imago 33. q. 5  
 Richar. vbi  
 supra di. 37.  
 b Ca. vna quæ  
 que 15. qu. 2.

*e* Gloss. in d.  
 c. vna quæ que  
 & c. si quis  
 necessitate  
 34. qu. 1.

*d* Arg. c. non  
 semper 11. q.  
 3. & Syluest.  
 verb. vxor  
 qu. 2.

*e* Arg. ca. fin.  
 de iaiur.

rat, aut eius iustu  
 ve superflua & va  
 Dixi, Contemni  
 ius, quam Ecclesi  
 si dehit contemp  
 semper obligat, s

De peccatis d  
 uos, famu

21 Dominus vt v  
 22 Subditus vt v

21 **T**rigesimo p  
 gligit ea,  
 rum conscientiar  
 præcepta Dei, aut  
 communicare, &  
 gligit notabilite  
 & Vnctionis extr

*Trigesimo primo*  
 phytum, seu nou  
 que per alium C  
 sit esse Christian

*Trigesimosecunda*  
 nosse peccata m  
 eos corrigere, se  
 neq; verbis, neq  
 cere, vel ei neces  
 tione ad bonā n  
 eum à domo ex  
 mi retinere, adh

*Trigesimotertio*  
 uis suis, maxime  
 ducerent. *e* Dixi  
 sensum, facultat  
 moniū, sed tantu  
 stant præbere ce  
 mus, quamuis r

22 *Trigesimoqu*  
 contemnit supe  
 denegar, etiam

*Trigesimoquin*  
 cepta iusta supe  
 nem in alium p  
 liter, i sed etiam



rat, aut eius iustum præceptum non implet, quale est præceptū  
 vt superflua & vana, moresque incompósitos exuat. f

Dixi, Contemnit, quoniā cum præceptum mariti non sit ma-  
 ius, quam Ecclesię, g & illud non obliget semper sub mortali,  
 si dehit contemptus, iuxta S. Th. h non etiam eius præceptum  
 semper obligat, si contemptus absit, licet aliquando sic.

f Arg. e. cum  
 capu. 33. q. 7.  
 g Arg. eorum  
 que supra  
 eodem c. nu.  
 12. diximus.  
 h 1. 2. q. 126.  
 art. 9. & late  
 per nos in  
 rubr. de pœ.  
 & commu-  
 nem opinio-  
 nem.

De peccatis dominorum, & superiorum erga ser-  
 uos, famulos, & subditos, & è contrario.

- 21 Dominus vt violat quartum præceptum erga subditos suos.
- 22 Subditus vt violat quartum præceptum erga superiorem.

**T**rigesimo peccat Dominus, vel herus, qui notabiliter ne-  
 gligit ea, que pertinent ad seruorū, famulorumve suo-  
 rum conscientiam, non curando ne assuescant male iurare, vel  
 præcepta Dei, aut Ecclesię violare, aut nō monet eos cōfiteri &  
 communicare, & Missam audire diebus ad id statutis, vel ne-  
 gligit notabiliter procurare illis sacramenta Confirmationis,  
 & Vnctionis extremæ suo tempore, & alias Christianè viuere. g

**T**rigesimo primo Dominus, vel herus, qui habet seruum neo-  
 phytum, seu noue ad fidem conuersum, & nō curat per se, ne-  
 que per alium Christianam doctrinam ipsum docere, & quid  
 sit esse Christianum, & subinde qualem vitam agere teneatur.

**T**rigesimo secundo, herus vel Dominus, qui notabiliter negligit  
 nosse peccata manifesta seruorū, & famulorū suorū, vt possit  
 eos corrigere, secundū S. Antoninū, b & eū, qui ex familia sua  
 neq; verbis, neque alia iusta pœna emendatur, debet ab ea eii-  
 cere, vel ei necessaria denegare, si verisimiliter credit hac ra-  
 tione ad bonā mentē illum reuocatū iri. c At si verisimile est,  
 eum à domo expulsū deteriorem fore, melius erit eum do-  
 mi retinere, adhibendo ei remedia que commode poterit. d

**T**rigesimo tertio peccat Dominus, vel herus, qui prohibuit ser-  
 uis suis, maxime quos sciebat concubinis alligatos, ne vxores  
 ducerent. e Dixi, Prohibuit, quoniam non tenetur præbere cō-  
 sensum, facultatemque illis facere ad contrahendum mati-  
 moniū, sed tantum ad non prohibendum, eo quod valde di-  
 stant præbere consensum, & non impedire, vt inferius f dice-  
 mus, quamuis neutro casu libertatem assequantur. g

**T**rigesimo quarto peccat mortaliter subditus, qui notabiliter  
 contemnit superiores, vel illis honorem notabilem, & debitū  
 denegat, etiam si sint dyscoli, & mali. h

**T**rigesimo quinto peccat mortaliter subditus, qui leges, & præ-  
 cepta iusta superiorum violat, eo quod putat in hac vita nemi-  
 nem in alium potestatem habere: & non solum peccat morta-  
 liter, i sed etiam est hæreticus. k

a Arg. e. duo  
 sunt 23 q. 4.  
 & 1. ad Tim.  
 c. 5.  
 b 2. par. tit. 5.  
 ca. 9. par. 2.  
 c Arg. reg.  
 S. Aug. ca. 3.  
 d Arg. e. quā-  
 tumlibet. 47.  
 dist.  
 e Ca. 1. per  
 totū titulum  
 de coniug. ser.  
 f Cap. 22. de  
 matrim. n. 24.  
 g Iuxta men-  
 tem gl. Pan-  
 & communis  
 in cap. 1. de  
 coniug. seru.  
 h 1. Petri c. 3.  
 & ad Ro. 13.  
 ca. solitæ, de  
 maior. &  
 obed. ca. om-  
 nis, de cōsib.  
 i Contra ca.  
 adhuc 89 di.  
 k E. veraug.  
 vno sanctā  
 de maiore. &  
 obediens. &  
 glo. singula  
 recepta in c.  
 generali de  
 elec. lib. 6.  
 verb. inhi-  
 bemus.



218 *Peccat. domino. & sup. erga ser. &c.*

Trigesimosexto peccat mortaliter subditus, qui iuxta superiorum præcepta, aut leges omittit obseruare, quod non vult se illis submittere, quãuis credat illos esse vere suos superiores, quod est proprie peccatum inobedientiæ, iuxta S. Thom. I. Et enim si alijs de causis id omittat, aliquando peccat mortaliter, aliquando venialiter, aliquando nullo modo, iuxta causarum varietatem, qua de re latius inferius tractabimus.

12.2.9.105.  
art.1.

m In ca. 23.  
num. 36.

Qui peccant contra quartum præceptum, quatenus extenditur ad honorandum proximum.

- 23 Proximum non honorans qui violat hoc quartum præceptum.
- 23 Proximus qui non diligit se, aut proximum charitate, cum tenetur.
- 23 Proximus qui alium excipit à suis orationibus generalibus.
- 23 Proximus, qui non diligit proximum, cum tenetur.
- 23 Amat qui plus se, aut corpus, quam animam suam.
- 24 Amat qui se ipsum, vel proximum cum offensa mortali Dei.
- 24 Proximus qui desiderat vt alius mortaliter peccet, vel condemnatur.
- 24 Excommunicationem qui procurat, in finem vt proximus condemnetur.
- 25 Accusare qui aut denuntiare recusat, quando debet, &c.
- 25 Odium, & rancor duplex.
- 25 Odium aut rancorem malum quis dicitur habere.
- 25 Inimico an quis debeat amoris signa ostendere.
- 25 Iniuria non omnis affectus eam remittere potest.
- 25 Iniuria veniam vter offensorum petere debeat.
- 26 Periculo peccandi se exponens, vel agens contra conscientiam.
- 27 Peccatum mortale alterius qui non impedit, cum possit absque suo nocumento.
- 28 Peccati alterius qui est causa, nisi, &c.
- 28 Peccat qui mortaliter, vel speciem eius rei prestat, vt alius ita peccet.
- 29 Peccat qui venialiter, vt alium sic peccare faciat, solum venialiter peccat.
- 30 Proximus, qui facit aliquid, ob quod credit alium mortaliter peccaturum.
- 31 Proximus, qui scandalum præbet edendo carnes, vel non ieiunans.
- 32 Occasio qua necessario vitanda penitenti, vt absolui possit.
- 33 Finis principalis operis boni, licet non possit esse bonum minus illo, potest tamen esse minus principalis, modo non sit malum culpe seu peccatum.
- 34 Occasionem dare veniale, veniale tantum est.

35 Occasio

35 Occasio peccati  
36 Synagogas, M  
36 Missa præcep  
36 Membra pud  
37 Ornans se orn  
37 Scurra, vel al  
37 Peccatum ven  
tale.  
38 Peccati causa  
38 Peccat suader  
39 Peccat petens  
bonum, nu.  
39 Iuret vt per f  
licet sciat t  
40 V Jurario car  
40 Peccatum per  
40 Peccat quand  
41 Sacerdotis m  
41 Tyrannum ro  
42 Peccata an si  
42 Tactus mam  
43 Scholarum g  
43 Scientia licet  
43 Ars mecha  
43 Scientia mali  
43 Legem non ar  
44 Publici conue  
44 Proximus fa  
44 Scandalum o  
44 Bona que no  
44 Bonum specie  
44 Proximus qu  
hatur.

23 Trigesimos  
se, vel pro  
est, propter Deu  
exoptando eam  
breuiter repetiui  
cere tenetur sub  
id aptum supra  
Trigesimooctauo  
ne generaliu ora  
quales sunt ille p  
nobis hodie, & dim  
Trigesimonono, q  
ueniendi cuiuspiar



- 35 *Occasio peccandi per actus de se bonos, quæ vitanda.*
- 36 *Synagogas, Mezchitas, & Idola qui facit aut reficit.*
- 36 *Missæ præcepta tempore canens, saltans, &c.*
- 36 *Membra pudenda nuda ostendens vel videns.*
- 37 *Ornans se ornatu ad peccandum pronocante.*
- 37 *Scurra, vel alius peccans causa nimis ridendi, bibendi, &c.*
- 37 *Peccatum veniale peius omni malo pœne, & disponit ad mortale.*
- 38 *Peccati causam qui dat arma, vel alia commodando.*
- 38 *Peccat suadens alij peccatum, licet nolit vt faciat illud, & 42.*
- 39 *Peccat petens quod peccatum est, etiam ad id à parato, & aliquò bonum, nu. 40.*
- 39 *Iuret vt per falsum Deum ethnicus velle malum, sed non vt iuret, licet sciat iuraturam per falsum Deum.*
- 40 *Vjurario carenti pecunia commendans illam vt peccat.*
- 40 *Peccatum per minus auerere à maiori vt bonum.*
- 40 *Peccat quando petens bonum ab eo, qui dando peccabit.*
- 41 *Sacerdotis mali ad missandum inductio quæ peccatum.*
- 41 *Tyrannum rogare pro iustitia aut gratia, non est peccatum.*
- 42 *Peccata an sint urbane dicta in peccata mouentia.*
- 42 *Tactus mammillarum, & quidam alij, qualis occasio peccandi.*
- 43 *Scholarum gradus, & prælia Minervalia cum licita.*
- 43 *Scientiæ licet ob eas dentur gradus, & cathedræ licite.*
- 43 *Ars mechanica licet sit occasio malorum, vt bona.*
- 43 *Scientiæ malus vsus non efficit eam malam.*
- 43 *Legem non arguit malam malus eius vsus.*
- 44 *Publici conuentus in bonum finem iusti & boni.*
- 44 *Proximus familiaris alicuius cum scandalo alterius.*
- 44 *Scandalum ob quod non omittenda præcepta, vel consilia.*
- 44 *Bona que non omittenda ob scandalum.*
- 44 *Bonum speciem mali habens omittendum, aut excusandum.*
- 44 *Proximus qui rancorem aut odium non deponit, ne sibi detrahat.*

23 **T**rigesimo septimo peccat, qui, quando tenetur, non amat se, vel proximum charitate, siue amore charitativo, id est, propter Deum, & quia sunt capaces æternæ beatitudinis, exoptando eam sibi ipsis, vt alibi à latius diximus, & supra breuiter repetiuius, vel amore naturali, tempore quo id facere tenetur sub pœnâ mortalis peccati, & quod tempus sit ad id aptum supra c. insinuauimus.

*Trigesimo octauo, qui aliquos à participatione & communione generalium orationum, in quibus pro alijs orare solet, excludit, quales sunt illæ petitiones orationis Dominicæ: Panem nostrum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra, &c. iuxta mentem S. Th. d*

*Trigesimo nono, qui habuit animum non diligendi, vel non subueniendi cuiquam proximo, eo quod ille sit peccator, vel eum*

*offen-*

*a in Repet. ca. quando de consec. di. 1. b Eodem ca. 7. & 9. c Eodem ca. num. 2.*

*d 2. 2. q. 25. ar. 4. 5. 8. & 9.*



offenderit, vel ob aliam causam, casu quo illud esset ei ad salutem necessarium, secundum utrumque Thomam. a

a Indist. art. 2  
& 9.

*Quadragesimo* peccat, qui amat aliquam aliam creaturam firmitus quam animam suam, vel corpus suum firmitus quam animam proximi, vel honorē, aut fortunas suas quam corpus propriū, aut proximi, adeo quod omittit, vel statuit non opulari extremę necessitati illius, cui tunc plus deberet, vt non desit ei cui minus deberet. b Etenim nō satis est diligere quod oportet, nisi etiam debitus diligendi ordo seruetur; puta *primo* firmitus Deum, quā alia omnia. *Secundo*, nos ipsos quoad animas nostras. *Tertio*, animam proximi. *Quarto*, proprium corpus, iuxta Aug. Dixi, *Firmitus*, non autē intensius aut feruentius, quoniā non tenemur ad id, vt in dicta additione, & supra d. declarauimus, vbi probauimus, satis esse quod firmitus diligamus, hoc est vt pluris faciamus & aestimemus id quod magis amare debemus, & eius amorē, quam id quod minus debemus, & eius amorē.

b S. Bonauen.  
& Richar. in  
3. dist. 29.  
c Lib. 1. de  
doct. Christ.  
c. 23. & 26. &  
Thom. receptum. 2. 2. q.  
26. per tota.  
d Capit. 11.  
num. 6.

*Quadragesimo primo*, qui tantum amat seipsum vel filium, vel amicum, vel delicias, diuitias, honores, dominum suum temporalem, vt sit paratus pro iis animo, vel opere Deum mortaliter offendere, secundum Scotum, & Francisc. Mayronem. e

e In 11. x. ten.  
dist. 7.

24 *Quadragesimo secundo* peccat, qui desiderat, vt aliquis mortaliter delinquat, vel damnationem eternam incurrat, vel (quod grauius est) Deum orauit, vt aliquis horum proximo eueniat, vel ex animo maledixit, vt ille, aut ille perpetuis infernis flammis crucietur, vel sententiā excommunicationis contra proximum facit pronuciari hoc animo, vt qui rem ipsi ablatā non restituat, animæ suę iacturam faciat, vel alia huiusmodi admittat.

f Vt in dicta  
additione  
diximus.

25 *Quadragesimo tertio*, qui non reprehendit proximum, aut non denunciat cum debet, vel reprehendit aut denunciat aliter quā debet, &c. vt inferius dicitur. g

g Cap. 24.  
nu. 14. & seq.  
h C. si quis  
conuictus  
90. dist. c. fal-  
sas, de pœnit.  
di. 5.  
i Greg. 7. in  
syn. Rom. &  
in dicto. cap.  
falsas.

*Quadragesimo quarto* peccat, qui eo quod est iniuria affectus, vel alia de causa, aliquem odio & rancore prosequitur. h Etenim quilibet offensus tenetur remittere ex animo odiū & rancore malum; imo & ad non concipiendum illum contra suū offensorem, quantalibet fuerit iniuria, iuxta sententiam D. Gregorij.

Dixi, *Odiū & rancorem malum*, qui est vna ex filiabus accedens non enim obligatur ad eiciendū illū rancorem bonum, qui nascitur ex ira qua quis appetit, vt per iudicem castigetur delictū; imo aliquando tenetur illum concipere, cōseruare, & ostendere; a puta quādo ad salutem spirituale offensoris, vel ad Dei obsequiū, aut ad Reipub. vtilitatem conducit, sicut b diximus. Nō tenetur etiam eum alloqui, neque ei signa amoris ostendere, nisi tempore necessitatis: satis est enim habere animū ad talia signa ostendenda in prædicto tempore, iuxta S. Thomam receptum; maxime quando offensore satisfacere renuit, aut nō vult sufficiēter id facere; imo nec tūc tenebitur sub reatu peccati illum in suam conuersationem & amicitiam peculiare admittere,

a C. si is qui  
cap. est iniqui-  
tatis misericor-  
dia. c. discipli-  
net, 23. q. 4.  
b Syluest. verb.  
charitas, q. 4.  
c In dicta ad-  
ditione  
ex. 2. qu. 25.  
27. 9.

mittere, quāuis a-  
dere, vt tactum es-  
sent, quando, & c.  
gent, vel concedi  
tenetur condonari  
potest, si mo alio  
cere, quales sunt  
feruus, & religio  
superiores pertine  
pralatum. h Ad  
dunt, & amboru  
debet prius reco  
ria sit maior, pos  
26 *Quadragesimo*  
exponit, vt qui d  
illud, aut omittit  
m tenent; & forti  
contra conscientia  
illa in particulari  
tenetur enim ea  
Dixi, *In particu*  
dubitat, aut dicit  
diuiduo rectum  
27 *Quadragesimo*  
ne alius mortale  
sionē, quam signi-  
editione limitat  
dia, in cōmodo,  
diximus / Neq;  
cet quod nō pecc  
nias exposcit, qu  
rū. Nec etiā qui  
eum esse in pecc  
peccati baptiza  
modi petitione  
decore, saltem in  
meretur necessi  
proprij curati, e  
vellent; & certu  
cōsequutura pr  
cedit etiam qu  
que glorię vane  
tali se fucat, & c  
& ornatā videb  
ros; a attamen e  
dedecore suo p  
fundamentis, c



mittere, quāvis aliquod signū speciale amicitie teneatur ostē-  
dere, vt tactum est supra. *d* Quocirca confessarij advertere de-  
bent, quando, & quomodo ob hoc offensis absolutionem ne-  
gent, vel concedant, vt docuit Caietanus. *e* Multo minus item  
teneatur condonare satisfactionem iniuriæ, quæ in iudicio peti  
potest. *f*imo aliqui sunt, qui etiamsi velint, non possunt id fa-  
cere, quales sunt vxor, filius familias nondum emancipatus,  
seruus, & religiosus. *g* quoniam actio contra iniuriantem ad  
superiores pertinet, scilicet ad maritum, patrem, dominum &  
prælatum. *h* Addimusque quod quando duo se mutuo offen-  
dunt, & amborum offensio est æquæ grauis, qui prius offendit,  
debet prius reconciliationem petere, at vero si posterior iniu-  
ria sit maior, posterior debet prius eam petere. *i*

26 *Quadragesimo quinto*, qui periculo peccandi mortaliter se  
exponit, vt qui dubitans de aliquo an sit mortale nec ne, facit  
illud, aut omittit confiteri, *k* vt S. Bouauentura *l* & Caietanus  
*m* tenent, & fortiori ratione lethale crimen incurrit, qui agit  
contra conscientiam, dū facit aliquid, aut omittit facere, quod  
illa in particulari & indiuiduo dicitur esse peccatum mortale:  
teneatur enim eam deponere, aut quod illa dicitur facere. *n*

Dixi, *in particulari*, quoniam quando conscientia generaliter  
dubitatur, aut dicitur contrarium illius, quod in particulari & in-  
diuiduo rectum iudicat, non est mortale, vt o diximus.

27 *Quadragesimo sexto* peccat mortaliter, qui potens impedire  
alius mortale crimen admittat, non impedit. *p* Hanc cōclu-  
sionē, quam significant multi textus, nos in alia huius operis  
editione limitauimus, solum procedere in eo, qui sine verecū-  
dia, in cōmodo, & dedecore id poterat impedire, *q* vt r latius  
diximus. *s* Neq; obstat id quod numero sequēti dicitur, videli-  
cet quod nō peccat mortaliter is, qui ab vsurario mutuo pecu-  
nias exposcit, quæ credit sine vsura & peccato nō mutuo datu-  
rū. Nec etiā qui petit à curato suo, vt baptizet sibi filiū, credēs  
eum esse in peccato mortali, & quod absque contritione illius  
peccati baptizabit, & videtur vtrūque horum posse ab huius-  
modi petitione abstinere absque incōmodo, verecundia & de-  
decore, saltem in casu, quod qui petit ad vsurā, non graui pre-  
meretur necessitate, & inuenirentur sacerdotes, qui cū licentia  
proprij curati, quæ facile solet concedi, id baptisma ministrare  
vellent; & certum est quod illa peccata mortalia, quæ credūtur  
cōsequutura præfatas petitiones, illis ommissis impediretur. Ac-  
cedit etiam quod non peccat mortaliter ob hoc solum mulier,  
quæ gloriæ vanæ, & venialis desiderio tacta, absq; alio fine mor-  
tali se fucat, & ornat, licet credat aliquos, qui ipsam sic fucatā,  
& ornatā videbunt, in eius concupiscentiam mortale exarsu-  
ros; *r* attamen certū est, eā absque incōmodo verecundia &  
dedecore suo posse ab huiusmodi ornatu tēperare. Adde his  
fundamentis, quod etiam inferius *b* opponitur, eū qui omittit  
clericum

*d* Eodem n. 8.  
*e* In dicta q.  
25. art. 9.  
*f* Iuxta gloss.  
sing. in di. 6.  
*g* si quis con-  
tristatus.  
*h* Iuxta gl.  
receptionem in  
ca. parochia-  
nos, de sent.  
excom.  
*i* Secundum  
gloss. præal-  
legaram.  
*k* Syluest. in  
rosa aurea,  
casu 56.  
*l* Arg. cap. si  
quis autem,  
de poen. dit.  
7. vt ibi, nu.  
57. & 21. co-  
pious dixi-  
mus.  
*m* In 4. di. 17.  
*n* In summa  
verbo peri-  
culo peccan-  
di se expo-  
nere.  
*o* Capit. per-  
tus, 2. de se-  
mon. vt in di.  
cap. si quis au-  
tem, n. 120. co-  
pious dixi-  
mus.  
*p* In præalle-  
gato cap. si  
quis autem,  
nu. 61.  
*q* Cap. qui so-  
lios, de hæ-  
ret. c. error,  
23. dist. cap.  
negligere, 2.  
q. 7. & alia in  
gloss. eorum  
citata.  
*r* Secundum  
Felin. in di.  
c. qui alios.  
*s* In repect. c. si  
peccauerit 2.  
q. 1.  
*t* Et in repec-  
cap. inter  
verba, & infra  
6. 24. n. 10.  
*u* Vt in fraco  
23. nu. 28.  
dicitur.  
*v* Cap. 27.  
num. 78.



e De qua in  
ca. quatuor,  
de sent. ex-  
com.  
d. Cap. 24. n.  
21. & seq.

g Cap. 21. n.  
16. & in cap.  
24. nu. 16.  
f Cap. noli  
de poen. di. 1.  
g Vt etiam  
in cap. 1. pa-  
rag. sacerdos,  
nu. 6. de poen.  
dist. 6. decla-  
rauimus.  
h In 4. l. sen-  
di. 15. q. 1.

a Ca. prater  
adiuncta gl.  
verb. agentib.  
& verbo com-  
municio, 32. di.

b 2. 2. qu. 78.  
art. 4. & par.  
3. q. 64. ar. 6.

c 2. 2. q. 43.  
art. 3. & 4.  
d 2. par. tit.  
7. cap. 4. ante  
parag. 1.  
e In c. 6. sup.  
eod. & in ca.  
1. parag. anim.  
aduertere, n.  
6. de poen. di. 5.

f In dicto pa-  
rag. anmad.  
uertere, nu. 8.  
& ca. confide-  
ret, in prin.  
nu. 145.

clericum defendere, ne ab alio percutiatur, cum possit sine suo detrimento auxiliari, non incurrere excommunicatione, & saltem in foro conscientiae, si absque dolo malo, & consensu omiserit defendere. Item, quod inferius d. etiā definitimus, neminem teneri alteri spirituales elemosynas largiri sub reatu mortalis culpae, nisi ei qui eius extremam patitur indigentiam, & manifestum est, eū qui voluntarie crimen lethale committit, sciens & aduertens illud esse tale, potensq; per se illud excusare, nō esse in extrema necessitate spirituali, vt ei ab alio ad id auxilium prestetur. Sed horū (quae sunt egregia) dubiorum exactam solutionē ponemus infra, e quoniam id illi loco est aptius.

28 *Quadragesimo septimo* peccat, qui consilio suo, fauore, vel ope alij est causa peccandi mortaliter. f Nolumus autē dicere, quod quicumque ab alio aliquid petit, credens petitionē illam futuram esse alteri occasionem peccandi mortaliter, est causa illius peccati: nō enim est, quū iusta causa id petit; est autem quum sine illa id facit: nam qui necessitate oppressus mutuum poscit ab usurario, sciens illū sine usura nullatenus mutuo daturū, non peccat, quamuis peccet qui dat. Peccaret autem qui absq; necessitate id peteret, g iuxta Ioannis Maioris definitionem, h qua definit, eū qui curatum scelere aliquo mortali interitum obsecrat, vt filiū suum baptizet, nō propterea peccare, etiam si sciat illū non prauiā poenitentia peccati baptismatis sacramentū puero administraturū, & per consequens ea de causa reatum mortalis culpae incursum; a quae quidē doctrina tunc procedit, quando id quod petitur, ex se non est peccatum, vt in exemplo praedicto in administratione baptismatis, & in petitione mutui: nam si tale esset, nunquam liceret, vt si peteret dari sibi baptismata absque contritione, vel mutuo dari sibi sub usura, vt optime tradit Caietanus. b

*Quadragesimo octauo* peccat, qui facit aut dicit aliquid, quod de se non est mortale, cum intentione tamen alterum ad illud inducendi, vel absque tali intentione facit aliquid, quod praefert speciem peccati mortalis, & factum in tali loco, & coram talibus est sufficiens impulsus ad peccandum mortaliter, arbitrio boni viri, & prudentis, secundum S. Thom. c & S. Anton. d quod etiam post ipsum nos e tradidimus.

Dixi, *Quod de se non est mortale*, quoniam si esset tale de se, essent duo peccata effectu, vel vnū cū circumstantia scandali necessario confitenda, ob ea quae in duobus locis praedictis tradidimus.

29 Dixi etiam, *Et quia fit in tali loco, & coram talibus*, quoniam quod ex se non est peccatū mortale, licet habeat speciem eius factū coram alio, sine intentione inducendi ad peccatū, nō est mortale, imo etiam quod de se est mortale, commissum coram alijs absque tali intentione, & absque periculo probabili impellendi alios in peccatum, non affert secum circumstantiā necessario confitendam, vt f noua quadā distinctione duas opposi-

tas opiniones ac-  
catū sit amplius  
alterum ad pecc  
30 *Quadragesim*  
lem proximi, vt  
bertate suae volu  
mortaliter pecc  
sine causa exhib  
que perspexerit,  
taliter conceptu  
siderium allicere

Dixi, *Absque*  
niam si alioquin  
ca nō adire, aut  
videri: quia verbi  
sedere oportet a  
ratis possit argu  
rit scrupulus nō  
cendo nascitur,  
gloriae (in quo se  
git, an peccet in  
respondebimus

31 *Quinquagesim*  
ius mulieris suspi  
se scandalū preb  
non discedit, eo  
peccat, qui frequ  
inuisit, & inde p  
murādi, etiā si al  
frequenter. Ille  
popul? sinistri al  
quādiu eā a se  
na, cū qua eū rē  
que cogitatione

32 Altera duar  
remisimus huc  
alteri prebet, si  
absolui possit? A  
peccare, a qua p  
daturū statuere  
omnis, & sola il  
est, quod qui ea  
est illa, quam q  
nis, & sola illa, q  
pali, vel minus pri  
temendo salutem  
consentiendo.

tas opi-



tas opiniones ad concordiam redigimus. Itē neq; veniale peccatū fit amplius quam veniale, eo quod fiat animo alliciendi alterum ad peccandum venialiter, secundum omnes.

30 *Quadragesimonono*, qui tam parvi aestimat salutem spiritua- lem proximi, vt absque necessitate, vel vtilitate, sed ex mera li- bertate suæ voluntatis aliquid agat, quod credit proximum ad mortaliter peccandū illecturum: est exemplū in fœmina, quæ sine causa exhibet se conspicendam illi, quem credit simulat- que perspexerit, peruersum aliquod desiderium peccadi mor- taliter concepturum, etiamsi illa non intendat huiusmodi de- siderium allicere, vt g post Antoninum h defendimus. i

Dixi, *Absque necessitate, vel vtilitate, sed ex mera voluntate*, quo- niam si alioquin non potest congruo quodam modo talia lo- ca nō adire, aut tunc temporis illis nō adesse, vbi ab alio solet videri: quia verbi gratia, eundū est illi ad Ecclesiā, vel aliō, vel sedere oportet ad ianuā cum vicinis & affinis, ne inurbanitatis possit argui, nullatenus peccat, secū dū eūdem. Hic occur- rit scrupulus nō cōtemnendus, qui ex aliō notabili postea di- cendo nascitur, circa mulierem, quæ propter appetitum inanis gloriæ (in quo solum venialiter delinquit) fūco faciem depin- git, an peccet in hoc mortaliter? sed inferius a ad hoc dubium respondebimus, illi enim loco melius quadrabit.

31 *Quinquagesimo*, qui absque causa necessaria, vel vtili, alicuius mulieris suspectæ cōsuetudine familiari vtitur, & aduertēs se scandalū præbere alijs, qui male de illa iudicant, tamē ab ea non discedit, eo quod nihil facit scādālū aliorū. Eodem modo peccat, qui frequēter moniales, debitā clausulā nō obseruātes, inuisit, & inde populus occasionē accipit detrahendi & mur- murādi, etiāsi alioquin caste viuat, & recta intentione loca illa frequenter. Ille itē, qui domi suæ habet aliquā mulierē, de qua populus sinistri aliquid suspicatur, siue sit cognata, siue extranea, quādiu eā a se iō reijcit. b Idē dico de eo, qui habitat cū fæmi- na, cū qua eū rē habere populus suspicatur: etiāsi alioquin ne- que cogitatione cū ea peccet, vt in c. *inter verba*. c etiā diximus,

32 Altera duarum quæstionum supra d propositarum, quam remisimus huc terminandā, est, An qui occasionem peccandi alteri præbet, sine proposito numquam amplius eam præbedi, absolui possit? Ad quā respondi, quod occasio faciens alterum peccare, a qua pœnitēs abstinere, & numquam amplius se eā daturū statuere debet, quo absolui possit, definiri potest esse omnis, & sola illa, quæ est scandalum actiuum mortiferū, hoc est, quod qui eam dat, mortaliter dando peccat. Et si roges, quæ est illa, quam qui dat, mortaliter peccat? Respōdeo, quod om- nis, & sola illa, quæ datur per peccatum mortale, aut intentione princi- pali, vel minus principali inducendi ad illud, aut ad id iuuando, aut con- temnendo salutem spiritualement proximi, aut in id, saltem interpretatiue consensiendo.

Dixi,

g In dicto pa-  
rag. animad-  
uertere, nu 60  
h 2. part. tit.  
7. ca. 4.  
i facit cap.  
nihil de præ-  
scrip. & ca. 2.  
de oper. nom.  
nunciat.

a In cap. 2.  
num 30.

b 102. Maior.  
in 4. lib. sen.  
dist. 15. q. 30.  
c 11. quæ. 3.  
concl. 5.  
d Cap. 3. n. 9.  
Occasio data  
peccati mor-  
talis quæ.



e 2.2. qu. 43.  
art. 4.  
f. ut supra in  
ca. 4. no. 19.  
dictum est.

a Arg. 1. illud  
ff. de acquir.  
heredit. & c.  
præterea de  
offi. deleg.

b 2.2. qu. 43.  
art. 2. ad 4.  
c De conse.  
dix. 1. & in  
additione  
eius  
e 2.2. quæst. 5.  
num. 39.

f Dixi e. eum  
minist. qu. 5.  
g Numer. 56.

h Cap. siue  
dignum, ps.  
rag. illi au-  
tem, & parag.  
hi quoque, de  
homicid.

i 2.2. qu. 126.  
art. 9.  
k Cap. quis  
autem, 10.  
l Ad Rom. 2.  
e. norum, 2. q.  
f. cap. 1. de  
offi. deleg.

Dixi, *Per peccatū mortale*, ut omnis illa occasio, quæ per opera mortaliter mala datur, includatur in prædicta definitione. De qua occasione agit S. Th. e quoniam licet omne peccatū mortale, quo scandalizamus, non habeat circūstantiam necessario confitendam, f cum tamen numquā liceat peccare mortaliter, clarum est, quod non est absolvendus, qui non proponit se nūquam daturum occasionē peccandi per peccatū mortale, quia qui tenetur ad aliquid, tenetur ad consequens necessarium. a

33 Dixi, *aut intentione principali, vel minus principali inducendū ad peccatum mortale*, ad includendū omnes occasiones, quæ cū hac intentione dantur, siue opera ex se bona sint, siue mala, siue ad malum, siue ad bonum inuitent: quia simulac cum huiusmodi intentione dantur, tales sunt, iuxta S. Thom. b Nec huic obstat, quod in cap. *inter verba*, c & in cap. *quando*, d & latius nuper in commentario cap. *cum minister*, e dixi, scilicet, quod opus non desinit esse bonum, si principaliter propter Deum fiat, aut quia est bonum, quamuis minus principaliter ob aliquod bonum temporale fiat, propter quod si principaliter fieret, malū esset. Non, inquam, hoc obstat: quia intelligendum est, quādo, quod minus principaliter intenditur, non est malum culpæ, seu peccatum, sed res bene appetibilis, quamuis non possit esse finis principalis virtutis, quæ præstantior ea est. Id autem, quod in hac definitione dixi, intelligendum est de eo, quod est malum culpæ, seu peccatum, quod nullatenus desiderare, nec velle, nec nobis finem principalem, nec minus principalem proponere possumus. Cuius enim finis malus est, ipsum quoque malum est: sibi etiam g diximus, hoc distare inter finem malum, quia est malum culpæ, & inter finem malum, quia est ineptus, eo quod sit medio minus bonus, quod hic potest esse finis minus principalis boni operis, ille vero non.

Dixi, *Aut adiunādo*, ad includendum eas, quibus quis dat opem ad peccandum; opem enim ferens peccat, h qualis est, quā præbet is, qui aliquam synagogam Iudeorum ædificat, aut reficit, quāuis sine aliqua intētionē mouendi ad peccandum id faciat.

Dixi, *Aut contemnendo salutem spiritualem proximi*, ad includendum eas, quæ dantur ob proximi salutis contemptum, qualis est, quam dat is, qui ideo transit per ianuam domus alterius, quem ob illum transitum mortaliter ira, aut amore inordinato peccaturum credit, quod nihil pendat, aut parui faciat quod alter ad id moueatur: contemptus enim huiusmodi efficit, ut mortale sit, quod alias non esset, S. Thom. i & ante illum glossa k putata singularis à nostris.

Dixi, *Aut cōsentiēdo*, quia cōsentiēs peccat, sicut principalis. l Dixi, *Aut saltē interpretatiue*, ad includendum eas, quæ dantur per eum, qui aliquid facit, quod ex sua natura & circūstātijs, cum quibus facit, adeo ad peccatum mortale incitat, ut maiorem partem eorum, qui sunt eiusdem qualitatis, cuius sunt hi, quibus

quibus datur il  
aut facit aliqui  
tale non sit, ta  
personam ex su  
turam, & antec  
uertit ex maliti  
te sua, nec alie  
tra legem iust  
taliter peccat  
sufficit credere  
mi recreatione  
aliquem in eo  
quem malum o  
uentu, peccat,  
re nulla sit præ  
illum, aut illum  
34 Dixi, *faciēdo*  
nialiter peccat  
to numquam a  
iuxta S. Tho. b  
peccandi per o  
peccatum veni  
Ex qua gene  
quæ à nobis, p  
quesita sæpius  
quidem quod  
taliter peccat  
tali modo non  
causa esset, qu  
35 Secundo, qu  
quæ cum inten  
stum & mortit  
quitur, inuilit  
tur visu, nate,  
tis, tactibus, n  
quia harum cu  
Nec obstat dic  
tēdebatur, no  
liter peccet, m  
ninum, c & Ma  
casionem dedi  
daturum, abfo  
36 Tertio, qu  
qui etiam sine  
indos, aut Syn  
metanos, aut P  
Hæreticos, aut



quibus datur illa occasio, in peccatum mortale deiicere soleat: aut facit aliquid, quod quamuis ex sua natura, & circumstantijs tale non sit, tamen credit & aduertit ob illud certam aliquam personam ex sua infirmitate, aut ignorantia mortaliter peccaturam, & antequam huic rei provideat, id facit: aut credit & aduertit ex malitia peccaturam, sine tamen vlla causa, & sine utilitate sua, nec aliena illud facit, aut pretermittit aliquid facere contra legem iustitiae, aut charitatis preceptum, ob quod alius mortaliter peccat. Addidi tamen, *Certam aliquam personam*, quia non sufficit credere aliquam generaliter peccaturam, vt qui ad animi recreationem aliquem ludum instituit, non peccat, eo quod aliquem in eo peccaturum credat: sicut nec ille, qui credit, aliquem malum esse in aliquo oppido, aut in aliquo magno conuentu, peccat, vt colligitur ex textu singulari, & quamuis ea de re nulla sit praesumptio particularis, licet peccaret, si crederet illum, aut illum illius oppidi, vel conuentus esse malum.

34 Dixi *faciendi mortaliter peccare*, quia non sufficit illa, quae venialiter peccare facit, cum, vt absoluaatur, non sit opus proposito numquam amplius ad veniale redeundi, quod confessus est, iuxta S. Tho. b & supra e dictum fuit: & occasionem venialiter peccandi per opus, quod non est mortale, dare, ad summum est peccatum veniale, & nihil amplius, iuxta eundem S. Thom. d

Ex qua generali & resoluta definitione multorum dubiorum, quae a nobis, postquam ad sexagesimum annum peruenimus, quaesita sapienter fuerunt, peculiaris responsio colligitur. *Primo* quidem quod talem occasionem dat, quisquis coram alio mortaliter peccat, per primam partem dictae definitionis, licet eam tali modo non dederit, vt circumstantiae necessario constituendae causa esset, quod quando contingat, e dictum fuit.

35 *Secundo*, quod talis est occasio, quam dat quaelibet persona, quae cum intentione principali inducendi ad amorem inhonestum & mortiferum, aliquam elemosynam praebet, aut alloquitur, inuilit, docet, consulit: & a fortiori erit talis ea, quae datur visu, nutu, blanda & amatoria loquutione, aut blandimentis, tactibus, numeribus, aut obsequijs in hunc finem directis: quia harum cuilibet secunda pars dictae definitionis conuenit. Nec obstat dicere quod fortassis ex ea finis mortifer, qui praetendebatur, non sequitur, cum omnis voluntas, vt alius mortaliter peccet, mortifera sit, vt supra, a post S. Tho. b & S. Antoninum, c & Magistrum, d dicitur: & sic qui aliquam harum occasionem dedit, nisi statuatur nunquam amplius eam se taliter daturum, absolui non debet.

36 *Tertio*, quod est talis, vt colligitur ex Caietano, e quam datur etiam sine alia praua intentione facit, aut reficit idola apud Indos, aut Synagogas apud Iudeos, aut Mezchitas apud Mahometanos, aut Pagana templa apud Paganos, aut Haeretica apud Haereticos, aut facit aliquid aliud, cuius principalis vsus est peccatum

a Cap. Osiur da elect.

b 3. par. q. 87. art. 1. c Cap. 1. d 2. 2q. 43. a. 4.

e In c. 6. an. 9. & seq.

a Cap. 11. n. 12. & nu. 5. & 10. b 1. 2. q. 74. c 3. par. tit. 5. c. 1. par. 5. d In 2. di. 24. & loc. Maior in dicta di. 21. qu. 18. e 2. 2. q. 1. 89. ar. 2. ad 4.



tum mortale: quia occasionem ad illud dat cum auxilio, & sic in tertia parte dictæ definitionis comprehenditur.

*Quarto*, quod etiam talis est, quam aliqui diebus festis, Missa ab ipsis audita, alijs, qui eam non audierunt, præbent, canendo, pulsando, choreas ducendo, saltando, ludendo, aut faciendo alias res, quibus præsentibus, tẽpore quo audire Missam ex præcepto tenentur, detinent, eo solo, quod eorum salutẽ spirituale parui pendunt, respondentes dicentibus eos occasionem peccandi præbere, nihil sua referre, cum ipsi eam audierint: quia eis quarta particula dictæ definitionis conuenit. Quapropter gubernatores, qui hæc fieri publice tempore diuinorum officiorum, saltem præceptorum, prohibent, laude digni sunt.

*Quinto*, quod est talis illa occasio lasciuia & inciuilis, quã præbent, qui pudenda ostendunt, aut vident nuda, aut opera vestibus tenuissimis, sine circumstantia iustificante, quamuis id sine intentione inducendi ad culpam mortiferã faciant, per primã definitionis partem: quia talis occasio est peccatum mortale, cum ex sua natura communiter ad culpam mortiferam, saltem voluntatis, aut delectationis mortiferæ morosæ inducat. Vnde legitur, Barnabam maledixisse nudis viris, & mulieribus nudis: & sine proposito nunquam amplius se eam duros non sunt absoluenti. Dixi, *Sine circumstantia iustificante*, ad excludendum ex hoc numero aspectus, & tactus quos infirmi talium membrorum medicis, chirurgis, & clysteriferis permittunt.

*Sexto*, quod etiam est talis, quam dat, qui credit aliam certam personam obuiam sibi factam in concupiscentiam, aut iram mortiferam, ex sua infirmitate, aut ignorantia casuram, & hoc aduertens obuiam illi fit, non prouidendo eius infirmitati, aut ignorantia, quamuis sine intentione, vt illa peccet, id faciat: quia illi conuenit sexta prædictæ definitionis particula, videlicet, *Consensus interpretatiui*.

*Septimo*, quod talem occasionem nõ dat, qui sine intentione & cõtemptu mortifero ira se ornat, vt credat quidem se ab aliqua persona totius populi, aut circi, vel Ecclesie odio, vel concupiscentia mortifera habendũ, si illõ ierit, nescit tamẽ a quo, aut id non aduertit: nec etiam si sciat quis, si intelligat quod ex malitia, praua consuetudine, & habitu quem habet, peccabit: quales sunt hi, qui non solum tales occasiones non fugiunt, sed etiam aucupantur, imo se de eo iactant: quia eiusmodi occasione nec dicta sexta particula, nec alia dictæ definitionis conuenit, & per hanc & præcedentem decisionem, id quod Caietan. dicit, *a* & id quod Syluester, *b* & alij affirmant, conciliari potest.

*Octauo*, quod nec etiam est talis occasio illa, quam dat scurrus, & alij, qui præbent occasionem nimiam ridendi, comedendi, bibendi, vesticendi, aut loquendi, modo nimietas illa nõ perueniat ad culpæ mortalis excessum. Per septimã enim dictæ definitionis partem ex numero dictarũ occasionũ excluditur, quia solũ

n 4 2. q. 386.  
art. 9. vers. ad  
4.  
b. Verb. orna-  
tus 2. 4.

venialiter

venialiter peccatum, vt ab eo a  
catum veniale  
tenda? Tum qu  
ad mortale, iur  
aliquid, aut fac  
lũ alliciat, quã  
aliquam scem  
copulã carnale  
nem morosam  
pulchritudine,  
riam de bene c  
delectatione, a  
cum spectione  
38 Nono, qu  
ficiendi dedit  
cet nunquam f  
interdum non  
nem non effici  
de, si quis alicu  
petenti comm  
interuenit aux  
sensus saltem i  
ctæ definitioni  
eiusmodi occa  
vendit lanceam  
ta, aut echartas  
bene vel male  
Decimo, quon  
imperat, consu  
rat, percutiat  
ciat, ad tentan  
eum ad id indi  
quia est peccat  
pam mortifera  
sic illi prima d  
39 Vndecimo,  
ex sua malitia  
bonã, quã tan  
ptum, quãuis t  
peccatũ ab eo  
gitur ratio, qu  
vsurario, ad da  
peccat, qui ver  
quod qui prin  
teria peccãdi a  
tauit & proba



venialiter peccare facit, quāquam magnopere illis est consulendum, ut ab eo abstineat. Tum quia ob nullā omnino rem peccatum veniale cōmittendū est, a quanto minus tot sunt cōmittenda? Tum quia etiam vnum tātum peccatū veniale disponit ad mortale, iuxta S. Tho. *d* idem dicendum est de eo qui dicit aliquid, aut facit, ut ad amorem vanum, aut veniale tantū malū alliciat, qualis est illa, qua quis videt, alloquitur, vel obsequio aliquam foeminā prosequitur, non quidem quo moueat eā in copulā carnalem, neque in tactus inhonestos, neq; delectationem morosam, sed quo illa delectetur eius aspectu, alloquor, pulchritudine, ac ornatu, & eū beneuolē intueatur, complacētiā de bene constituta & culta persona significando, sine alia delectatione, aut sine mortifere malis, quamquam magna circumspēctione opus est, ne hoc aliqua mortali culpa inficiatur.

38 *Nono*, quod interdū absolui potest, qui occasionem interficiendi dedit ob commodatam ballistam absque malo fine, licet nunquam se amplius sic commodaturum non statuat, & interdum non, quia commodare ex sua natura talem occasionem non efficit, circūstantiē tamē eam efficere possent. Proinde, si quis alicui, qui cum alio rixatus est, irato animo ballistam petenti commodauerit eam, talem præbet occasionem, quia interuenit auxilium, aut contemptus salutis spiritualis, aut consensus saltem interpretatiuus, quod per quintam & sextam dictæ definitionis partem sufficit ad efficiendum, ut aliquid sit eiusmodi occasio. Idem dicendum de eo, qui commodat aut vendit lanceam, sclopetum, ensē, aut alia arma, aut pigmenta, aut eartas lusorias, talos, orbiculos, aut aliquid aliud, quod bene vel male alteri tradi potest.

*Decimo*, quod talis est illa occasio quotidiana, quam dat, qui imperat, consulit, aut rogat alium, ut falso iuret, iniuriam inferat, percutiat, fornicetur, aut aliud opus manifeste malum faciat, ad tentandam virtutem eius tantum, licet non intendat eum ad id inducere, imo introrsum desideret, ne illud faciat, quia est peccatum mortale: nam est actus suapte natura ad culpam mortiferam inducens, sine circumstantia iustificante, & sic illi prima dictæ definitionis pars conuenit.

39 *Vndecimo*, quod talem occasionē non præbet, qui ab eo, qui ex sua malitia est ad peccandū paratus, petit aliquā rem ex se bonā, quæ tamen est materia exercendi peccatū ab ipso cōceptum, quāuis talis sit ea, quā dat ille qui petit aliquid, quod est peccatū ab eo qui ad id accinctus siue paratus est. Ex quo colligitur ratio, quam quidā perdoctus querebat, cur qui mutuū ab usurario, ad dandū sub usuris parato, ob necessitatem petit, non peccat, qui vero petit ab eodē ad usurā peccat? Est enim ratio, quod qui primū petit, non petit ab eo rem malam, quāuis materia peccati afferat, qui autē petit posterius, sic, ut recte declarauit & probauit Caietanus, a cui cōcordat Dominicus Sotus, a Vbi supra.

c v. sentie  
glo. in cap. si  
aliquid 22.  
q. 4. & pro.  
bar. cap. 1.  
cum seq. 22.  
qu 2.  
d i. 2. q. 88.  
art. 3.



b De iust. & iure lib. 6. q. 3. ar. 5.  
c Ca. mouet 22. q. 1. & habetur epi. 154. ad Publ.

d Ca. mouet 21. qu. 1. e 2. 2. q. 78. 215. 4.

f In dicit. ar. 4.

g In dicit. q. 78. art. 4.  
h Lib. 6. q. 1. sub finem de iust. & iur.

a Cap. 17. nu. 263.  
b Vbi sup. a.  
c Lib. 2. de adulter. con. lu. c. 15 & in e. si quod verius 33. q. 1.  
d Quodlib. 1. qu. 2.  
e Super e. 3. ad Rom.  
f In summa verb. tyrannis.  
g Lib. 6. q. 1. ar. 5. de iust. & iur.  
h In 4. J. sen. di. 24. q. 1. a. 5. ad 3.  
i Verb. clericus par. 8. qu. 1.  
k Ca. 15. n. 78.

tacito eo. b Pro quo facit decretum S. Augustini, e quo probatur non esse peccatum, petere ab infidelibus, ut se promissis statuerent iureret, licet illum per suum falsum Deum iuraturum sciat, quamquam petere, ut per illum falsum suum Deum iuraret, peccatum esset. Facit etiam ratio superius tacta, scilicet non esse peccatum, occasione peccandi sine mala intentione, cum necessitate aut utilitate præbere ei, qui ex sua malitia peccat, quamquam petere, ut peccet, aut ut rem, que peccatum est, faciat, sit. Facit etiam, quod sicut illud decretum d probat, & S. Tho. dixit, e alieno peccato sine consensu in illud uti licitum est, quemadmodum ipsemet Deus, pro sua bonitate, nostris peccatis in bonos fines vitur.

40 *Duodecimo*, quod non est talis occasio illa vsu frequentissima, quam aliquis dat deponendo suos nummos apud numularios vsurarios, aut contractus vsurarios exercetes, qui proprios habent ad illas exercendas, ut dixit S. Th. f quia nulla particula dicte definitionis illi couenit. Est autem talis illa quæ dat, qui deponit apud talem numularium, qui proprios nummos non habet, quibus suas vsuras exerceat, sicut idem S. Th. sentire videtur, quod verius videtur, quæ quod Caietanus super ipsam g insinuauit. Idem, quod nobis, visum fuit Soto, h quia differentia, quam S. Tho. inter illos duos ponit, non satis bene verificatur, intelligendo eam ut Caietanus, quoad peccatum veniale, quod vnus incurrit, qui suam pecuniã non deposuit prudenter, eam committendo ei quem credebatur impensurum, cum propriam non haberet, & alius non, quia prudenter deposuit apud eum quem credit eam non impensurum, cum propriam habeat: nam is intellectus à mente S. Th. est maxime alienus, quæ est conclusio notabilis pro mille apud cæcibus vsuraria exercetes pecunias deponentibus.

*Decimo tertio*, quod talem occasionem non præbet, qui alium ad committendum aliquod peccatum minus inducit, videns eum ad maius committendum deliberatum, nec valens alio modo illud ei dissuadere, ut etiam infra a dicemus, quauis Caietanus b oppositum tenuerit, quia licitum & etiam sanctum est precari & persuadere ei, qui proponit interficere aut adulterari, ut satis esse deat percutere aut fornicari, ut clare S. Augustinus, e dixit, & Adrianus, d & etiam Soto, e & Caietanus, f.

*Decimo quarto*, quod per prædicta declarari potest illa conclusio Soti, g scilicet, quod non peccat, qui aliquid quod in se bonum est, petit ab eo qui dare aut facere bene potest, eo quod scit, alium dando aut faciendo petitum peccatum, quoniam per prædicta vera videtur, quando sine contemptu salutis spiritualis proximi, & non præbito ad illud auxilio, nec consensu in illud etiam interpretatio petitur, & alius per malitiam, & non per solam ignorantiam, aut infirmitatem peccat, at quando aliquid horum concurrat, non videtur vera.

41 *Decimo quinto*, quod illa conclusio, quæ post S. Tho. h & Syluestri i asserimus infra, k scilicet mortaliter peccare, qui credens,

dens sacerdotem  
tebit ante missa  
intelligenda de  
aut suspensione  
obligato, aut pe  
tiam peccante  
conceptu salu  
tur ex prædictis  
mnia credo ho  
ciant, aut ut illis

*Decimo sexto*, q  
ius tyranni, qui  
pauit, eadem da  
cium seu gratia  
non conuenit, c  
petat opus ex se  
imo ad minus p  
qui peccat alien  
stitia adminitr  
butionem præ  
42 *Decimo septim*  
gioso cuida iuu  
cens ei in cubic  
illu, aut illam ad  
virtute, quia pri  
cu illud opus pe  
inductiu ad cu  
puella magna h  
Idem item dice  
mulierem solici  
telligeret quid r  
dedit alteri, cum  
ne, ut eam exper

*Decimo octauo*, c  
duo Hispania m  
se ferret, qui cu  
cretum, absque  
domina, ad volup  
dit. Erat quidem  
insimulans. Nec  
sine alto malo fi  
Vt ut in eodem lect  
peccatum mort  
sine, & modo d  
derans vim eor  
tale habent. De  
aulicos vrbane



dens sacerdotē esse in peccato mortali, & quod eius nō pœnitēbit ante missam quā facit, inducit ipsum ad eā celebrādā, est intelligenda de sacerdote ab Ecclesia per excōmunicationem, aut suspensionē notoriā pulso, aut nō pręparato, nec ad missā obligato, aut per ignorantia aut infirmitatem, & non per malitiam peccante, aut cum mala intentione, aut consensu, aut contemptu salutis spiritualis eius inducit, & non alias, vt colligitur ex prędictis, & his quę Leopiosius diximus. Propter quę omnia credo homines rogātes sacerdotes, vt pro illis missas faciant, aut vt illis sacramenta administrent, raro ob id peccare.

*Decimosexto*, quod nec etiam est talis ea, quam subditus alicuius tyranni, qui dominiū & iurisdictionem alicuius status vsurpauit, eidem dat, petens iustitię administrationem, aut beneficium seu gratiam aliquam honestam; quia dicta definitio illi non conuenit, cum ipse per malitiam peccet, & subditus non petat opus ex se malum, quamuis materiam peccandi offerat, imo ad minus peccandum inducat: siquidem dat operam, vt qui peccat alienā potestatem vsurpando, non peccet etiam iustitię administrationem, & beneficiorum, seu gratiarum distributionem prętermittendo, vt recte Caietanus a declarauit.

*42 Decimosextimo*, quod talis fuit illa, quam quidā nobilis religioso cuidā iuueni ab eodem hospicio excepto dedit, inducens ei in cubiculū noctu puellam, sine intentione inducendi illū, aut illam ad peccandū, sed tantum tentandi eius castitatis virtutē, quia prima dictę definitionis pars ei cōuenire videtur, cū illud opus peccatū sit mortale: quippe quod sua natura est inductiuū ad culpam mortiferam, nisi illius magna religio, & puellę magna honestas circūstantiam iustificante produceret. Idem item dicendū de ea, quam dedit is, qui amatorie quādā mulierem sollicitauit, nolens, vt illa in id consentiret, sed vt intelligeret quid responderet. Idem item dicendū de ea, quā alius dedit alteri, cum soli essent studiose dicens sine mala intentione, vt eam experiretur. *Si te multum deprecarer, dormire sine mecum?*

*Decimosextauo*, quod nō erant tales, quas sibi mutuo dederunt duo Hispanię magnates, cū alter alterā super mulam suā retro se ferret; qui cū transirēt cū suo comitatu per locū quēdam secretum, absque sine mortali, aulicē dixit illi: *Qualis locus erat hic, domina, ad voluptati indulgendum, si tu alia fuisses?* & illa respondit. *Erat quidem valde aptus, si tu alius fuisses;* eum impotentię insimulans. Nec etiā illa, quam grauis quidam vir dedit, dicens sine alto malo sine, urbano sermone, honoratę cuidā scēminę. *Vt ut in eodē lecto nos metiamur?* quia quāuis hęc verba per se ad peccatum mortale dirigantur, ex qualitate tamē personarum, sine, & modo dicendi colligebatur circūstantia quędam moderans vim eorum, quam ad inducendum ad peccatum mortale habent. De quo casu, & alijs similibus, qui occurrunt inter aulicos vrbanę iocantes, ego satis hucusque dubitavi.

In ca. 1. pa. rag. sacerdos n. 3. & seq. de pœn. dist. 6. post virum que Thom. in 3. part. q. 64. ar. 6.

In summa verb. Tyrannus.







Vigesimosecundo, quod nec etiam talem occasionē dant, qui illas artes mechanicas exercent, quarum operum vsus bonus & malus esse potest, quamquam plures illis male venialiter vtantur, vt in cap. *negotium a* probauimus, quia per septimam particulam dictæ resolutionis excipiuntur, quandoquidem peccatū veniale non adimit gratiam diuinam, nec illius dimissio ad illā consequendam est necessaria, secundum S. Thom. *b* & dictum fuit supra. *c* Ob quod mihi videtur absolutionem non esse denegandam personis, quæ componunt pigmenta, indusia, collaria, sudaria, mammillaria, & alia valde operosa, quibus cōmuniter homines male venialiter vtuntur, licet confessarij ab hoc eas abducere deberent, præsertim moniales, quæ cum sint professæ statum perfectionis illustrem, à dandis & accipiendis vanitatum occasionibus multum cauere debent, licet non sint nisi veniales, quia quāuis maculam non inspergant, tollunt tamen decōris lucem, & obscurant, vt declarauit S. Thom. *d* post S. Augustinū, qui e dixit: *Peccata venialia si multiplicentur, decōrem nostrum ita exterminant, vt à celestis sponsi amplexibus nos separent.*

Vigesimotertio, quod nec etiam dat talem occasionē, qui habet autē faciēdi opera, quæ ex se sunt talia, vt illis homines bene & male vtī possint, quamuis maior pars male etiā mortaliter vtantur, vt efficaciter *f* probauimus, sequuti mētem diui Thomæ, & Caietani, *g* & præcipue per istā rationem, quod aliqua ars, aut alia res, non est mala, eo quod plures male etiā mortaliter ea vtantur. Bona enim est lex illa naturalis & diuina, de vno solo Deo recte colendo, quāuis maior hominū pars, imo & nouē ex decē, qui sunt Pagani, Iudei, Mauri, Hæretici, & multi Catholici male etiā mortaliter ea vtūtur. Bona etiā est lex de nō iurādo irreligiōse, sed maxima hominū pars, recensendo in ea Gētiles, Iudeos, Mauros, & Hæreticos, & Catholicos, quos omnes illæ obligāt, iurant, aut habent voluptatē iurādi per falsos Deos, aut irreligiōse per verū. Sācta est itē lex sexti & noni præcepti Decalogi, de nō fornicādo, nec concupiscendo; maior tamen pars in illā mortaliter peccat, opere, ore, voluntate deliberata, aut morosa delectatione carnali, contra naturam, aut præter illam.

44 Vigesimoquarto, quod nec talē etiam occasionē peccādi dat, qui ad bonum finem permittit, aut instituit cum moderatione debita supplicationes, congregationes publicas, & solēnes orationes, mercatus, nuptias, primas Missas, belli simulacra, publica conuiuia, & exercitationes currendi, aut choreas, & tripudia faciēdi, quia prædicta resolutio eam nō comprehendit, & quia sunt opera suapte naturalia, quibus homines & bene & male vtī possunt. Et quamuis multi ex illis occasionem peccādi capiant, multi tamen illis bene vtuntur, & ex his, qui male vtuntur, quamuis aliqui mortaliter peccent, maior tamen pars sine comparatione non peccat amplius quam venialiter.

Vigesimoquinto, an occasio peccandi, quæ ex agitatione tantorum

a Depcen. di. 5. nu. 5. & 19. & 27.

b 3. par. q. 87. art. 1. c Ca. 1. n. 26.

d 1. 2. qu. 69. art. 1. e In lib. de pan. medita. ca. 2.

f In præcisa. ca. negotium n. 2. de pan. di. 5. g 2. 2. qu. 69. art. 8.



a In ca. seq. nu. 9.

b In cap. 27. n. 195.

c s. 2. q. 43. s. 7. Richar. in 4 si. sent. di. 38 & tex. in ca. vtilius de regul. Jur. 5. Anton. 3. par. cit. 7. c. 4. pa. 222. 5. d. Marc. 15. & c. inter verb. 28. qu. 3.

e In diaec. inter verba.

f s. 2. q. 54. art. 7.

g In 3. di. 53. ar. 7. ad 5. si Cap. super eod. de usur. & ca. primis 22. q. 2. facit glos. sing. ca. si aliquid 23. q. 4.

a Arg. e. cum in cunctis de elec. 10. & an. then. multo magis, C. de sacrosane. Eccl. h. Cap. de re. giores 6. q. 1.

taurorum datur, sit talis, vel non, infra a dicitur.

Vigesimo sexto, an sit talis occasio, quæ ex permissione lupanarium publicorum datur, in fra b dicitur.

Vigesimo septimo, quod talis est occasio, quam dat ille, qui ne scandalizet alium, qui iniuste offenditur, omisit aliquid facere, quod sub reatu mortalis culpæ efficere tenebatur, puta rancorem in inimicum conceptum deponere, vel opitulari proximo extrema necessitate laboranti, secundum S. Tho. e Neque etiã opera, quæ non sunt præcepti, sed consilij, puta dare eleemosynam, ieiunare, & id genus alia, omittenda sunt ob malitiam, inuidiam, vel male dispositam voluntatem illorum, qui propterea scandalizantur: est enim scandalum Phariseorum. d Imo nec quando scandalum ex ignorantia, vel infirmitate animi oritur, quod pusillorum, aut ignorantium, seu imbecillium nuncupatur, debet bona opera in totum relinqui, sed occultari, aut differri, quousq; moneatur proximus bonitatē eius, quod facit. Quod si post huiusmodi admonitionem adhuc scandalizatur, nihili est habendum tale scandalum: tunc enim iam fit Pharisæicum, iuxta præallegatos doctores, & B. Greg. e nisi quãdo illi admoniti non intelligunt rationem quæ illis redditur; aut antiqua consuetudo, vel alia ratio, qua ipsi nituntur, persuadet eis non esse iustam illam rationem, quæ ipsis redditur: tunc enim, quia scandalum non ex malitia, sed ex ignorantia oritur, talia opera, etiam secundum se bona, cum non sint de necessitate salutis spiritualis, dimittenda sunt, vt Card. Caiet. f docuit. Nemo tamen subinde cogitet, in gratiam proximi, aut propter euitandum scandalum, licere alicui nec vnicum peccatum veniale committere, secundum S. Tho. g imo neque propter impediedam mortem alterius mentiri villo modo licet. h

Vigesimo octavo, quod talis est occasio, quam dat is, qui ex aliqua causa occulta vescitur carnibus in diebus ab Ecclesia prohibitis, vel qui ieiunijs præceptis non ieiunat, & eos qui propter ignorantiam scandalizari videntur, certiores non facit, vt patet ex prædictis.

Quid restituet animæ proximi bona lædens.

45 Restituet quo pacto, qui proximum damnificauit in bonis animæ.

45 Cetera hoc dicimus, quod qui proximo nocuit in bonis anime, eo quod ad peccatum mortaliter ipsum induxit, tenetur iuxta vires entis, vt bonum, quod sua opera amisit, ipsi restituatur: nam si rerum corporalium restitutio est necessaria, multo certe amplius spiritualium, quæ ad animum pertinent. a Siquidem hæc nobiliora bona sunt illis. b Proinde modo quo nocuit restituere debet, inducendo eum, quem decepit ad peccandum, ad pœnitentiam, & opera meritoria consulendo, exhortando; & pro eo Deum precibus, tum proprijs, tum alienis

nis, si opus est, trando. reuocando. manifestacione. Vnde ad peccandum facere potest: si tum, vix multo tempore resurgit, ceptum, & Ad rur intelligend candum induxit ritate sua indu micitias exerce alteri persuade rium, vel illam rium esset veru ter duos inimi hoc de illo, qui peccatum, & p centia illius, q lo peccato, & a turionem à ius nihil commissi charitate, sicut quod erudite Sotus, e & lati

1 Preceptum  
2 Occidens in  
3 Mors alien  
3 Vita proxim  
3 Defensio in  
4 Fugere qui  
4 Honorem  
1 Pro fur  
Concili  
ab eodem, q  
non solum p  
rum etiam v  
ceptus, e que  
cordis, oris &  
Secundo die



nis, si opus est, interpellando, eiusque conuersionem impetrando. reuocare contendat, absq; tamen peccati occulti manifestatione. Vnde constat, quantum oneris contrahat, qui aliū ad peccandum inducit; quoniam vix dignam restitutionem facere potest: siquidem voluntas quæ semel corrumpitur in peccatum, vix multis etiam admonitionibus, consiliisque ad virtutem resurgit, secundum Scotum c in hoc communiter ibi receptum, & Adrianum, d & alios alibi. Sed hæc omnia videntur intelligenda de illo, qui vi, dolo, aut fraude alium ad peccandum induxit: vt si pater, dominus, aut paterfamilias auctoritate sua induceret filium suum, aut clientem vt cum alio inimicitias exerceat: aut literis præditus, aut hæreticus quispiam alteri persuaderet, illum, aut illum contractum non esse usurarium, vel illam, aut illam doctrinam esse veram, cum contrarium esset verum: vel qui susurrando, & falsa renuntiando inter duos inimicitias disseminat. Non est autem intelligendum hoc de illo, qui ad peccandum impulit alium qui scit illud esse peccatum, & potest libere, & absque vilo timore, aut erubescencia illius, qui induxit illum ad peccandum, abstinere ab illo peccato, & ab illo resilire; nam hic ad nullam tenetur restitutionem à iustitia præceptam, de qua hic loquimur; siquidem nihil commisit contra iustitiam: quamquam debet illum ex charitate, sicut alios peccatores, & aliquanto plus corrigere; id quod erudite insinuauit, & meo iudicio, efficaciter probauit Sotus, e & latius nos nuper tradidimus. f

c In 4. l. sen. dist. 16. q. 3.  
d In 4. de rehit. q. 3. 2.

e Lib. 4. q. 4. art. 3. de iust. & iur. fin cap. noli poen. dist. 1.

De quinto præcepto Decalogi,  
Non occides.

CAPVT XV.

- 1 Præceptum quintum vetat mortem corporis, non animæ.
- 2 Occidens iuste, bellans iuste, & se vel alium defendens.
- 3 Mors aliena pro medio defensionis propriæ an sit licita.
- 3 Vita proximi quando plus estimanda, quam res propria.
- 3 Defensio iusta inculpat & tutelæ.
- 4 Fugere quis an teneatur.
- 4 Honorem obtinendam vt licet alium percutere.

1 Pro fundamento dicendorum dicimus primo, sequentes Concilium Colonien. a hoc præceptū fuisse interpretatū ab eodem, qui illud tradidit, vt patet, b scilicet, quod per illud non solum prohibetur homicidium, aut quæuis percussio, verum etiam voluntas id faciendi. Etenim vt docuit S. Tho. receptus, c quem nos sequimur in additio. d & supra e peccata cordis, oris & operis eiusdem sunt speciei.

a In declar. huius præcepti.  
b Matth. 5. c. 1. h. qu. 73. art. 7.  
d Co. quando de eosec. d. 1.  
e In prælud. 9. num. 8.

Secundo dicimus, hoc præceptū tanto melius custodiri debere, quanto

P 5

quanto